


Actum Inuitate Gassa
Primondo de Monrepaio



DOCUMENTI

Segni diacritici:

- [] = integrazione per lacuna del testo
[...] = lacuna del testo non integrabile, o parola non decifrata
// = fine foglio
*** = spazio bianco nel testo

Sigle:

- ACA = Archivo de la Corona de Aragón, Barcellona
ASFi = Archivio di Stato di Firenze
ASGe = Archivio di Stato di Genova
ASPi = Archivio di Stato di Pisa

1164, luglio 28, Genova

Balduino Guercio dichiara di aver ricevuto da Ugo, vescovo di Santa Giusta, 145 lire di denari genovesi da consegnare ad Opizzo Malaspina per il mandato di quest'ultimo, ovvero scortare il giudice di Arborea Barisone fino a Genova. Lo stesso Balduino si impegna, a titolo di fideiussione, a restituire la somma entro un mese dai fatti futuri se gli accordi fossero falliti.

M. CHIAUDANO, M. MORESCO, *Il cartolare di Giovanni Scriba*, I-II, Torino 1935, II, doc. MCCLIV.

Iudicis Arvoree].

Testes Bisacius, Baldeçonus Ususmaris, Ido Gontardus, Nuvelon, Enricus Guercius, Nicola Rodulfi Paganus de Volta et Ingo de Volta, Balduinus Guercius professus est se cepisse ab Ugone episcopo Sancte Iuste libras centum quadragintaquinque denariorum ianuensium pro Opizione Malaspina quas ipsi episcopo stipulanti in sua legalitate promisit se redditurum ei vel iudici aut suo nuncio, si dominus imperator non coronaverit iudicem et investiverit de Sardinea et nisi iudex in accordium se separaverit ab eius curia infra mensem postquam hoc cognitum fuerit. Hoc autem abrenuncians laudi qua fuit constitutum ianuenses pro extraneis fideiubentes non teneri. Actum in camera domini archiepiscopi, .MCLXIII., .XXVIII. iulii, indictione .XI.

1169-1174

Secondo gli Annali genovesi di Oberto cancelliere, nel 1164 Opizzo Malaspina si recò in Sardegna insieme ad altri messi imperiali per condurre il giudice di Arborea Barisone alla corte di Federico I. All'arrivo a Genova il 29 giugno dello stesso anno, «pravorum iuvenum occasione», si verificò uno scontro cruento tra gli uomini di Folco de Castro, della parte di Opizzo, e quelli di Rolando Avvocati, genovese legato al giudice di Arborea.

Annali Genovesi di Caffaro e de' suoi continuatori, I-V, in "Fonti per la Storia d'Italia", 11-14-bis, I, a cura di L.T. Belgrano, Genova 1890.

[p. 160] «Interea Philippus de Iusta et Bonus uassallus Bulfericus uenerunt illuc ante imperatorem cum quodam episcopo sancte Iulie, nomine Ugone, quem duxerant secum ex Sardinia, misso iudicis Aruoree, qui uenerat pro concordia inuenire inter illum iudicem et imperatorem hoc modo, ut imperator daret ei totam Sardiniam, et esset solus rex, et teneret insulam Sardinee pro eo, et daret imperatori quatuor milia marcarum argenti. quo audito, imperator iussit uocari prenominatos, facta concordia, nostros consules, dicens illis: *placet michi et curie mee. uolo enim dare iudici Baresoni Aruoree regnum Sardinie, et ibi mandare missos meos, uidelicet comitem Gauarum, Opizonem Malamspinam, Obertum de Oleuel et Burgonzum de sancto Nazario; Papienses ducant illum in Ianuam, et de Ianua uadant Sardiniam uestro auxilio.* ante etenim quam consules nostri responsionem imperatori fecissent, dixit imperator Pisanis, qui presentes erant, nomine pisano consuli Rainerio fratri Marzuchi, et Lanberto maiori, et filio Botacii, et duobus iudicibus, alter quorum uocabatur Bulcarinus: *uobis, Pisanis, dico. intelligite uocem uestri imperatoris, qui semper fuistis fideles imperii. deprecor uniuersitatem uestram, ut iudicem Aruoree Baresonem ex Sardinia in curiam meam ducatis, quia uobis expedit. concordatus quippe sum cum illo ad honorem et exaltationem imperii.* cui consules Pisanorum responderunt: *domine imperator, quicquid prenominatus iudex facit, contra nostrum uelle facit; et uos, si placet, hoc contra honorem urbis nostre facere intenditis.* quibus auditis, uocauit imperator Baldizonem consulem et socios eius, dicens illis eundem sermonem quem Pisanis dixerat, et interrogauit eos coram Pisanis si hec facere possent contra uoluntatem Pisanorum. responderunt: *possumus, et pro uestro decore faciemus uelle aut nolle ipsorum.* nam talem responsionem ideo fecerunt, quoniam Pisani in curia publice dixerant: *Ianuenses nullo modo portabunt iudicem in Sardiniam contra uelle nostrum.* inter hec consul et qui cum eo erant dixerunt imperatori: *quod auxilium uultis, domine imperator, ut missis uestris prestemus?* imperator respondit: *placet michi ut missi mei in ciuitate Ianua ligna preparent, attamen meis expensis, cum galeis tamen uestris et hominibus Ianuensibus.* cui dixerunt: *placet nobis, et faciemus sicut uultis.* Venerunt missi imperatoris, et inuenerunt galeas armatas, quas missi et uassalli iudicis armauerunt. et iuerunt prenominati missi Sardiniam, et inde duxerunt secum iudicem Baresonem ex Aruorea. et cum galee redirent et essent prope urbem nostram, consu-

les ciuitatis cum quibusdam sapientibus uiris iuerunt obuiam missis imperatoris et prefato iudici, cogitantes illos honeste suscipere et cum multitudine gentis secum usque ad suum hospicium ire. qui cum in terra deberet descendere, prauorum iuuenum occasione, inchoatum est durissimum prelium inter Fulconem de Castro, qui ad litus uenerat pro marchione Malaspina, et Rollandum Aduocatum, qui uenerat pro iudice, et inter amicos eorum. eo diutius durante, archatores ferierunt Baldoinum filium Henrici Guercii et Gandulfum Usummaris, et Sardus filius Aduocati percussus lapide, omnesque isti mortui fuerunt, multique alii ea die hinc inde uulnerati. et propter hoc res publica grauiter turbata fuit, et ciuilia bella tempore illius consulatus reparata sunt.».

3

1175, novembre 6

Rinnovo, con sanzione imperiale, dell'accordo di pace stipulato tra Pisa e Genova nel 1169. Il documento concerne il giuramento della sola parte pisana. Tra i testi figura, tra gli altri, Moruello Malaspina («Murruello marchio»).

P. TOLA, *Codex diplomaticus Sardiniae*, I-II, in "Historiae Patriae Monumenta", X-XII, Torino 1861-1868, I, sec. XII, doc. CVI (1176, novembre 6, stil. pis.), pp. 248-249.

4

<1200, giugno - dicembre>, Laterano

Il pontefice Innocenzo III scrive al giudice di Cagliari Guglielmo di Massa. Tra le altre cose, si fa riferimento alla promessa di matrimonio cui era stata obbligata la donnikella Elena, erede al trono di Gallura, nei confronti di Guglielmo Malaspina, cognato di Guglielmo di Massa: «cuidam consanguineo tuo tradisti filiam in uxorem, licet adhuc esset in annis minoribus constituta».

M.G. SANNA, *Innocenzo III e la Sardegna*. Edizione critica e commento delle fonti storiche, Cagliari 2003, doc. 12.

5

<ante 1203, settembre 15, Sardegna>

L'arcivescovo di Torres Biagio scrive al pontefice Innocenzo III. Tra le altre cose, si apprende che il giudice di Cagliari Guglielmo di Massa, accogliendo le richieste del papa, aveva fatto ritirare Guglielmo Malaspina dalla Gallura.

M.G. SANNA, *Innocenzo III e la Sardegna*, doc. 34.

6

<1203>, settembre 15, Ferentino

Il pontefice Innocenzo III scrive al giudice di Cagliari Guglielmo di Massa. Tra le altre cose, si congratula per aver allontanato Guglielmo Malaspina dalla Gallura: «cognatum tuum a terra Gallurensi provide removisti».

M.G. SANNA, *Innocenzo III e la Sardegna*, doc. 36.

7

<1204>, luglio 3, Laterano

Il pontefice Innocenzo III scrive al giudice di Cagliari Guglielmo di Massa. Tra le altre cose, si congratula per aver allontanato Guglielmo Malaspina dalla Gallura, facendolo desistere dai progetti matrimoniali con la donnikella Elena: «nobilem virum Guillelmum marchionem, qui nobilem mulierem Helenam, filiam .. quondam iudicis Gallurensis, ducere volebat uxorem, a iudicatu Gallurensi provide removisti».

M.G. SANNA, *Innocenzo III e la Sardegna*, doc. 51.

8

1214, giugno 18, Acquafredda

Guglielmo Malaspina presenzia ad un atto di donazione in favore del monastero ligure di S. Venerio del Tino stipulato da Benedetta (figlia di Guglielmo di Massa e Adelasia Malaspina) e Barisone, giudici di Cagliari.

G. FALCO, *Le carte del monastero di San Venerio del Tino*, I-II, Torino, 1920-1933, II, doc. XV, pp. 26-27.

9

1215, giugno

Benedetta, figlia del giudice di Cagliari Guglielmo di Massa (indicato col nome dinastico di «Salusi de Lacono») e di Adelasia Malaspina, effettua una donazione in favore di S. Giorgio di Suelli, «pro s'anima de su donnu padre miu su marchesu de Massa jurgi [= juighi] Salusi de Lacono, et de sa dona mama mia contissa Adalasia».

P. TOLA, *Codex*, I, sec. XIII, doc. XXIX, p. 324.

10

1220-1224

Secondo gli Annali genovesi di Marchisio scriba, Guglielmo Malaspina, gravemente ammalato, nel 1220 decise di abbandonare la Sardegna: «In hoc siquidem anno cum Wilielmus marchio Malaspina, qui multa nobilitate ac gloriose militie probitate vigeat, de Sardinea ad propria remeasset, magnis febribus occupatus».

Annali Genovesi, II, a cura di L.T. Belgrano, C. Imperiale di Sant'Angelo, Roma 1901, p. 161.

*11

<ante 1234, settembre 25>

Federico Malaspina, figlio di Corrado, scrive all'imperatore Federico II, affinché venga riconosciuta l'ascendenza di Corradino Malaspina, suo figlio naturale.

Citato in doc. 12.

12

<1234>, settembre 25, Montefiascone

In seguito alla supplica di Federico Malaspina, figlio di Corrado,

l'imperatore Federico II scrive ai cittadini genovesi Guglielmo Pitavino, Percivalle Doria ed Enrico Rosso della Volta, affinché intervengano per dirimere la questione relativa al riconoscimento dell'ascendenza di Corradino Malaspina, figlio naturale del marchese Federico, ai fini anche della successione ereditaria. Era successo, infatti, che Corrado Malaspina e la moglie (indicata come "A.") si erano presi cura del suddetto Corradino con tanto affetto e assiduità che si era affermata l'opinione comune che fosse loro figlio e non di Federico.

Inserto [B] in doc. 13.

Rispetto alla datazione, l'indizione VIII inizia il 24 settembre e coincide con l'anno 1235.

In Christi nomine.

Fredericus, Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus, Ierusalem et Sicilie Rex, Guillelmo Pitavinum^a iudici, Precivali de Auria et Henrico Rubeo de Volta, civibus Ianue fidelibus suis, graciam suam et bonam voluntatem. Frederici filii C. marchionis Malespine fidelis nostri transmissa nobis supplicacione patefecit quod, cum dictus pater eius, desperatione prolis legitime, teneretur Conradinum filium naturalem legitimi filii, karitate nutrit et A. uxorem suam premortuam ad hoc instancia maritalis suasionis induxit ut et ipsa eundem velut ex comuni thoro et legitima procuracione conceptum materna diucius afecione tractaret. Sic pro [...]^b errore cui comunis parentum et diutina karitas causam dedit comuni opinione omnium habitus est legitimus filius predictorum. Cum igitur autem dictus Fredericus non iniuste metuat ne prescripta vulgaris et erroris opinio processu temporis preiudicet veritatem et sic predictus C. velud filius et coheres ad successionem paternam comunis iuris auctoritate vocetur, nobis humiliter supplicavit ut causam predictam secundum iusticiam discuti mandaremus. Nos igitur de vestra prudencia et fidelitate confisi fidelitati vestre committimus causam ipsam, mandantes quatenus partibus cominus constitutis et persona predicti F. minori in iudicio tutaris ad litem legitima dacione firmata causam audiat predictam et ipsam mediante iusticia decidatis. Data apud Monte Flasconem, XXV septembris, VIII indicione.

^a così nel testo ^b 3 lettere circa

13

1234, novembre 19, Genova

Testeria di Montecastello consegna («dedit et representavit») a Guglielmo Pitavino, Percivalle Doria ed Enrico Rosso della Volta la lettera di Federico Malaspina e quella dell'imperatore Federico II, relative al riconoscimento dell'ascendenza di Corradino Malaspina, figlio naturale di Federico Malaspina.

A. FERRETTO, *Documenti intorno ai trovatori Percivalle e Simone Doria*, in "Studi Medievali", I (1904-1905), pp. 126-151, n. VII, pp. 130-131.

14

1259, dicembre 18, Genova

Percivalle Doria presta garanzia per l'ambasciatore dei mercanti pavesi, il quale stabilisce alcune convenzioni con Agnesina «comitissa Malaspina», moglie del fu Corrado.

A. FERRETTO, *Documenti intorno ai trovatori Percivalle e Simone Doria*, in "Studi Medievali", II (1906-1907), pp. 113-140, 274-285, n. LXVIII, pp. 135-136.

15

1259, dicembre 18, Genova

«Agnesina comitissa Malaspina uxor quondam Conradi marchionis Malaspine» dichiara che Percivalle Doria ha prestato garanzia per l'ambasciatore dei mercanti pavesi.

A. FERRETTO, *Documenti intorno ai trovatori Percivalle e Simone Doria*, in "Studi Medievali", II, n. LXIX, p. 137.

16

1266, aprile 20 e 21, Mulazzo

Divisione patrimoniale tra gli esponenti dei Malaspina dello Spino Secco: Manfredi, Alberto e Moruello, figli del defunto Corrado l'Antico, e Corrado il Giovane, Opizzino e Tommaso, figli del defunto Federico. La divisione del patrimonio, continentale e insulare, dà

vita ai sottorami di Giovagallo (rappresentato da Manfredi), Val di Trebbia (Alberto), Mulazzo (Moruello) e Villafranca (Corrado il Giovane, Opizzino e Tommaso).

A. FERRETTO, *Codice diplomatico delle relazioni fra la Liguria, la Toscana e la Lunigiana ai tempi di Dante (1265-1321)*, in "Atti della Società Ligure di Storia Patria", XXXI, Fascicoli I, Roma 1901, II, Genova 1903, I, n. CX, pp. 39-40.

Citato in E. GERINI, *Memorie storiche di Lunigiana*, I-II, Massa 1829, II, p. 301; E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, I-III, Pistoia 1897-1898, I, p. 169.

17

<1268>, febbraio 9, Viterbo

Il pontefice Clemente IV risponde a Manfredi e Moruello Malaspina rispetto alla richiesta di assegnazione della vicaria pontificia «in terra Sardinie», dichiarando di non poter esaudire la supplica. A promuovere l'iniziativa di Manfredi e Moruello doveva essere stata la madre Agnesina, che aveva contestualmente sollecitato l'intervento pontificio per un non meglio precisato negotium.

D. SCANO, *Codice diplomatico delle relazioni fra la Santa Sede e la Sardegna*, I-II, Cagliari 1940-1941, I, doc. CCXXX, p. 139; A. FERRETTO, *Codice diplomatico*, I, n. CCCXXI.

Dilectis filiis nobilibus viris Manfredo et Morruello marchionibus Malaspine.

Vestras petitiones audivimus per dilectos filios O. Sancte Marie in Via Lata, et U. Sancti Eustachii diaconibus cardinalibus diligenter expositas, ad quarum primam, de iure videlicet dilecte in Christo filie *** matris vestre vobis breviter respondemus, quod parati sumus in nostra curia pacifice et benigne procuratorem suum audire, non tamen negotium romane ecclesie contingens patrimonium extra curiam cuique committere non debemus, ne predecesorum nostrorum morem laudabilem infringamus. Sane quod secundo petistis comittere vobis in terra Sardinie vicariam, exaudire nequivimus, cum nec nos terram possideramus, in pace, nec si possideramus ad plenum eandem conveniens videretur quod

vos nostros constitueremus vicarios, qui pro parte non modica petitores estis eiusdem. Scire tamen volumus, quod et ius vestrum servare per omnia vobis volumus, et tam vestre, quam vestrorum maiorum devotionis intuitu, vos in quibus honeste poterimus honorare. Datum Viterbii V^o idus februarii anno tertio.

*18

1272, novembre 27

Oberto Bestagno vende a Gualtiero di Volterra alcuni beni: «quodam orto sive terra ortiva, cum domo una pro concia vel afaitaria supraposita, quam habere vissus erat in teritorio ville de Sasari, loco ubi dicitur Valis de Groselo». Il documento precisa che «ortus sive terra et concia fuerunt domine Agnesine comitisse Malaspine». Atto rogato dal notaio magister Laurencius Medicus.

Citato in docc. 19-20.

19

1274, ottobre 15, Genova

Vivaldo Bestagno, fratello del fu Oberto, ratifica la vendita di alcuni beni effettuata il 27 novembre 1272 dallo stesso Oberto in favore di Gualtiero di Volterra (cfr. doc. 18).

L. BALLETTTO, *Studi e documenti su Genova e la Sardegna nel secolo XIII*, in "Civico Istituto Colombiano. Studi e testi". Serie storica a cura di Geo Pistarino, Saggi e Documenti, II, Tomo II, Genova 1981, pp. 7-246, n. 38.

20

1274, ottobre 15, Genova

Vivaldo Bestagno, fratello del fu Oberto, dichiara di avere ricevuto da Gualtiero di Volterra la somma di 129 lire di genovini come saldo della vendita effettuata il 27 novembre 1272, «de precio cuiusdam terre ortive, cum domo et concia supraposita in ea, et que est in teritorio vile de Sasari, loco ubi dicitur in Groselo».

L. BALLETTTO, *Studi e documenti*, n. 39.

21

1274, novembre 22, Genova

Testamento di Gualtiero di Volterra. Tra le altre cose, si apprende che Gualtiero era creditore in Sardegna di 115 lire di genovini nei confronti di Corrado Malaspina, da riscuotere presso Giandone Da Firenze, banchiere in Pisa: «Item confiteor me debere recipere ad banchum Iandoni Florentini, qui habitat in Pissis, libras centum quindecim ianuinorum et quas ipse michi debebat facere solvere in Sardinea, scilicet dominus Conradus marchio Malaspina; alioquin eas michi dare debebat in Pisis de bona moneta fertis, et de predictis recepit promissionem pro me Gadus de Cantera».

L. BALLETO, *Studi e documenti*, n. 41.

22

1275, febbraio 11

Gualtiero di Volterra annulla il proprio testamento.

L. BALLETO, *Studi e documenti*, n. 42.

23

1278, giugno 25, Genova

Manfredi Malaspina, anche a nome dei fratelli Moruello e Alberto e dei nipoti Tommaso, Corrado e Opizzino, figli del fu Federico, da una parte, e il Comune di Genova, dall'altra, compongono le divergenze esistenti fra loro. Gli accordi avrebbero dovuto essere ratificati anche da Corrado Malaspina, «qui dicitur esse in Sardinea usque menses sex».

I Libri Iurium della Repubblica di Genova, II/5, a cura di E. Madia, Roma 1999, n. 868.

24

1278, giugno 25, Genova

Manfredi Malaspina, anche a nome dei fratelli Moruello e Alberto e dei nipoti Tommaso, Corrado e Opizzino, figli del fu Federico, in osservanza degli accordi di cui al doc. 23, vende al Comune di Geno-

va il castello di Arcola al prezzo di 7.000 lire. Gli accordi avrebbero dovuto essere ratificati anche da Corrado Malaspina, «qui est in Sardinia ut dicitur menses sex».

I Libri Iurium della Repubblica di Genova, I/5, n. 869.

25

1278, settembre 8, Firenze

Il generale dei Camaldolesi Gherardo rivolge un appello ai Malaspina e ad altri notabili del Logudoro affinché non requisiscano i cavalli al vicario di S. Nicola di Trullas: «rogamus ut amore nostri pullos equinos vicario de Trulla nobis valde necessarios, quatenus vicario precepimus conservandos, quiete relinquatis pro nobis nostro vicario supradicto».

F. PATETTA, *Notizie di storia sarda tratte da un registro camaldolese del 1278*, in "Archivio Storico Sardo", I (1905), pp. 122-132, p. 131.

26

1281, gennaio 17

Il generale dei Camaldolesi Gherardo scrive al giudice di Arborea Mariano, al marchese Malaspina e a Brancaleone Doria (de Orrea), raccomandando loro i "visitatori" dell'ordine in Sardegna: «laudans eorum benevolentiam et dilectionem erga ordinem Camaldulensem, ipsisque commendavit Ugolinum priorem sancti Concordii, et Bartholomaeum monachum sancti Zenonis Pisarum, quos visitatores constituerat in provincia Sardiniae, et in insula Montis-christi».

Citato in G.B. MITTARELLI, A. COSTADONI, *Annales Camaldulenses*, tomi I-IX, Venezia 1755-1773, t. V, libro 44, p. 151 (dal Reg. II, pp. 53 e 58). Cfr. E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, II, p. 14 (data erroneamente il documento al 24 febbraio).

27

1281, febbraio 3, Villafranca (Lunigiana)

Manfredi, Moruello e Alberto Malaspina, nonché Corrado e Opizzi-

no, figli di Federico, per loro e per il fratello Tommaso, mettono in comune le doti delle rispettive mogli come fondo per mutuo soccorso, aldilà di future divisioni di patrimoni. Manfredi pone 1.500 lire di denari genovini per Beatrice, Moruello 1.500 per la fu Berlanda, Corrado 1.000 per Orietta e Tommaso 1.000 per la fu Richelda.

M.N. CONTI, *Le carte anteriori al 1400 nell'archivio malaspiano di Caniparola nel repertorio del 1760*, Aulla-Villafranca-Pontremoli (MS) 1987, n. 108.

Citato in E. GERINI, *Memorie storiche di Lunigiana*, II, pp. 28 e 304; E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, I, p. 169, nota 3.

28

1281, agosto 19, Genova

Contratto di nolo stipulato tra il patrono Guilioto macellaio, anche a nome di Nicolino del fu Rolando macellaio, da un parte, ed Enrico de Spignano e Guglielmo de Nigro del fu Ansaldo, dall'altra, riguardante il trasporto di 470 mine di grano dalla Corsica o dalla Sardegna. Viene stabilito un prezzo di 18 denari per mina se il carico fosse stato effettuato in Corsica o in Sardegna al di qua di Bosa (Boza), 2 soldi (24 denari) se al di là di Bosa.

L. BALLETTTO, *Studi e documenti*, n. 107.

29

1281, settembre 29, Villafranca (Lunigiana)

Alberto Malaspina vende ai suoi fratelli Moruello e Manfredi (due parti in comune) ed ai nipoti Corrado, Opizzino e Tommaso (una parte in comune) quanto possedeva in Sardegna per 4.600 lire di denari genovini, da pagare in rate annuali da 1.150 lire.

Originale [A], ASFi, *Diplomatico, Malaspina*.

Regesto: A. FERRETTO, *Codice diplomatico*, II, n. DCCCLXVII, pp. 426-427; M.N. CONTI, *Le carte anteriori*, n. 109.

Cfr. anche E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, I, p. 177; E. GERINI, *Memorie storiche di Lunigiana*, II, p. 301.

In nomine domini nostri Yesu Christi. Anno Nativitatis eiusdem

millesimo ducentesimo octuagesimo primo, indicione nona, die vigesimonono, mensis septembris, in burgo Villefrance, lunensis diocesis, in domo domini Codebovis de Corvaria, presentibus Opecino et Conrado de Casteulo fratribus, Facio de Corvaria, Pino de Mulatio, Iuncta de Corvaria notario et Arecho de Rutiarco, testibus ibi rogatis. Dominus Albertus marchio Malaspina, filius quondam domini Conradi marchionis Malaspina, vendidit et tradidit et concessit et datum fecit iure proprio dominis Manfredo et Moruello, fratribus suis marchionibus Malaspina, pro duabus partibus pro indiviso, et Conrado, nepoti eorum marchioni Malaspina, quondam domini Frederici marchionis Malaspina, recipienti suo proprio nomine ac nomine et vice dominorum Thome et Opecini fratribus eius, pro tercia parte proindiviso, nominibus ut supra, hec omnia solemniter stipulantibus et recipientibus [...^a] de omni et toto eo quod ipse dominus Albertus habet et tenet et pro eo habetur et tenetur et habitum est et detentum et sibi quoque modo vel iure spectat et spectare videtur et posset in Sardinea et in insula Sardinee, videlicet in castris, villis, terris et locis, domibus, vasis, casalis et casamentis, terris cultis et incultis, pratis, boschis, silvis, silvestris, domesticis et salvaticis, piscationibus, tam in mare quam in aquis dulcibus, et tam coragiorum quam piscium, venationibus, portis, pontibus, pasagiis, ripis seu rivis, ruynis, fossatis, molendinis, aquis et aquaductis, glareis, accessibus, ingressibus et regressibus, fodris, datis, prestantiis, dactis et collectis, allegatiis, homagiis, serventibus, servis et ancillis, dominiis, signoriis, iuribus, actionibus, rationibus et iurisdictionibus et demum de aliis et in aliis omnibus et singulis rebus, tam mobilibus quam immobilibus, quocumque nomine censeantur seu quocumque modo vel iure habeat et teneat vel pro eo habetur et tenetur seu habitum sit et detentum in dicta insula Sardinee, et cum omni honore et misto et mero imperio. Ita ut de hinc in antea predicti omnes, scilicet domini Manfredus et Moruellus insolidum pro duabus et de duabus partibus proindiviso et dictus dominus Conradus pro se et fratribus eius predictis pro tercia parte proindiviso et insolidum omnium predictorum, et eorum heredes et cui dederint et concesserint, habeant et teneant predicta omnia et singula, ut dictum est, et de eis faciant iure proprio quando facere voluerint sine omni sua suorumque heredum contradicione, et cum sua suorumque heredum deffensione ab omni persona cum ratione. Et hoc precio et mercato et

finito precio et mercato inter eos, videlicet librarum et pro libris quatuormillibus sexcentum bonorum denariorum ianuensium parvorum expendibilium et nec curentium. Et per hoc datum et venditionem hanc dictus dominus Albertus dedit et concessit suprascriptis dominis emptoribus, ut dictum est, omnia iura omnesque actiones et rationes utiles et directas, civiles et pretorias et mistas que et quas habebat et ei modo aliquo competebat, tam in rem quam in personam in suprascriptis et de suprascriptis omnibus et singulis, ut dictum est, etiam in agendo, petendo, deffendendo, transigendo, exigendo et compensando et demum in omnibus et per omnia posuit eos in suum locum. Et dedit et concessit eis parabolam et licentiam intrandi tenutam et corporalem possessionem de predictis omnibus eorum actoritate et singulis et interim se pro eis possidere constituit. Quas vero libras quatuormillia sexcentum denariorum ianuinarum bonorum, ut dictum est, precii suprascripti dicti emptores omnes et quilibet eorum insolidum, ut dictum est, promiserunt et convenerunt^b dare et solvere predicto domino Alberto solempniter stipulanti pro se et eius heredibus et cui dederit vel quibus et concesserit in peccunia numerata infra hos terminos et ad infrascriptos terminos absque omni placito vel molestia, videlicet libras mille centum quinquaginta ianuinarum parvorum bonorum, ut supra, hinc ad unum annum proximum venturum, et abinde usque ad alium annum proximum venturum alias libras mille centum quinquaginta ianuinarum parvorum, etiam abinde annualiter totidem et ad ipsum terminum, usque ad integram et completam solutionem dictarum librarum quatuormillia sexcentum ianuinarum parvorum, ut dictum, precii suprascripti. Et hoc sub pena duplici^c dictorum denariorum duplici omnium expensarum inde factarum. Ita quod utrumque cum effectu peti et exigi possit et pena soluta et non predicta omnia semper rata et firma permaneant tali pacto quod ubicumque et sub quolibet iudice possit convenire, pro quibus omnibus et singulis attendendis et observandis ambe partes, scilicet dicti venditor et emptores, debitores et creditor stipulationibus solempnis inter se adinvicem obligaverint se se et eorum heredes et bona. Et dederint et concesserint michi notario infrascripto parabolam et licentiam addendi et minuendi contractui et hoc contractu non mutando substantia et natura contractus, consilio sapientis pro ut melius et sic melius valere et optinere possit de iure^d.

(SN) Ego Octavianus de Falavo cremonensis, imperialis notarius, predictis interfui et inde hanc cartam rogatus scripsi.

^a 5 lettere con segni di abbreviazione superiori ^b segno di richiamo per promiserunt et convenerunt aggiunto a fine testo ^c segno di richiamo per dupli aggiunto a fine testo ^d seguono segno di richiamo e promiserunt et convenerunt, segno di richiamo e dupli

*30

1282, febbraio 14, Genova

Corrado Malaspina acquista da Brancaleone Doria Castelgenovese, Casteldoria e la curatoria di Anglona, «ut de predictis omnibus continetur et fit mencio in instrumento hodie scripto manu Fulchonis Fallacha notarii».

Citato in doc. 31.

31

1282, febbraio 14, Genova

Lanfranco di Ingo Spìnola, Baldassarre Spìnola e Romino de Nigro intercedono e si obbligano per Corrado Malaspina con Brancaleone Doria riguardo all'acquisto di Castelgenovese, Casteldoria e della curatoria di Anglona.

Minuta notarile [A], ASGe, *Notai antichi*, Cartulare n. 122, c. 43v.

Nel margine sinistro: «II Badasalis et Romini VI»

Edizione: E. BASSO, A. SODDU, *L'Anglona negli atti del notaio Francesco Da Silva (1320-1326)*, Perfugas (SS) 2001, pp. 73-74.

Citato in G.M. CANALE, *Nuova Istoria della Repubblica di Genova*, Firenze 1860, III, p. 139; A. FERRETTO, *Codice diplomatico*, II, p. XXXVII; E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, I, p. 180; F. BERTINO, *L'Alghero dei Doria. Notizie e ipotesi su un borgo sardo-ligure del basso medioevo*, Alghero (SS) 1989, pp. 111-114.

Ego Lanfrancus Spinula quondam Ingonis confiteor vobis Badasali Spinule et Romino de Nigro quod meis precibus et mandatis hodie intercesistis et vos obligastis una mecum et insolidum pro

domino Conrado marchione Malaspina versus Branchaleonem Auriam de vendicione Castri Ianuensis et Castri Dorie et coratarie Angroni, ut de predictis omnibus continetur et fit mencio in instrumento hodie scripto manu Fulchonis Fallacha notarii, una cum aliter dictam intercessionem et obligationem pro dicto domino Conrado facturi nec eratis nisi vobis et insolidum promitterem infrascripta, licet hec in dicto in instrumento non contineatur. Volens vobis observare promissa, promitto et convenio vobis vos et vestra et heredes vestros insolidum a dicta fide et obligatione et ab omnibus his de quibus fit mencio in dicto instrumento servare indennes et indennia, et vobis et cuilibet vestrum insolidum dare et solvere in peccunia numerata omnia danna, expensas et messiones que et quas propterea substineretis, vel alter vestrum substineret, concedendo vobis de predictis vestro solo verbo sine testibus et iure. Que omnia et singula promicto vobis attendere, complere et observare et in nullo cotravenire, sub pena dupli de quanto et quotiens contrafietur et non observaretur et sub obligatione bonorum meorum, ratis manentibus supradictis. Actum Ianue, in angulo domus Capituli Sancti Laurencii, anno Dominice Nativitatis MCCLXXXII, indicione VIII, die XIII februarii, inter terciam et^a nonam. Testes Guirardus taliator de Magdalena et Marchus de Gaurenzonis de Vultabio.

^a inter tercia et *in soprilinea su circa depennato*

32

1282, ottobre 21, Villafranca (Lunigiana)

Manfredi Malaspina, prima di partire per la Sardegna, fa testamento nominando suoi eredi Moruello e Manfredina, suoi figli nati da Beatrice sua moglie, e lascia a questa l'usufrutto di tutti i suoi beni, il convenevole trattamento di vitto, vestiario e servitù fino a sei persone, dichiarando che la sua dote ammonta a 1.500 lire di Genova e disponendo di altri denari da corrisponderle, oltre la dote, nel caso fosse voluta passare a seconde nozze.

M.N. CONTI, *Le carte anteriori*, n. 111.

Cfr. E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, I, p. 501; E. GERINI, *Memorie storiche di Lunigiana*, II, p. 302.

33

1282

Corrado Malaspina vende a Brancaleone Doria Castelgenovese e Casteldoria al prezzo di 9.300 lire. Si tratta probabilmente della retrocessione dell'acquisto di cui al doc. 30.

P.P.M. OLIVA, *Della Famiglia Doria. Genealogia storica*, Biblioteca della Società Ligure di Storia Patria, Genova, Manoscritto 348 (anno 1736), Ramo XI.

34

1282

Il generale dei Camaldolesi Gherardo raccomanda all'arcivescovo di Cagliari, a Tommaso Malaspina e a Brancaleone Doria (de Orrea) i "visitatori" dell'ordine in Sardegna.

Citato in G.B. MITTARELLI, A. COSTADONI, *Annales Camaldulenses*, t. V, libro 44, p. 151 (dal Reg. II, p. 77). Cfr. G. ZANETTI, *I Camaldolesi in Sardegna*, Cagliari 1974, p. 195.

*35

1283, novembre 19

Convenzione tra Malaspina e Comune di Genova per la quale quest'ultimo si impegna a «non facere pacem vel treugam cum Pisanis in qua non essent ipsi marchiones Malaspine». Atto rogato dal notaio Gabriele Capriate.

Citato in doc. 40 e in *Annali Genovesi*, V, a cura di C. Imperiale di Sant'Angelo, Roma 1929, p. 43.

36

1285, ottobre 20, Genova

Il mercante Benedetto Zaccaria noleggia a Genova ad alcuni mercanti bonifacini due galee destinate a Bonifacio e Castelgenovese, con l'impegno al pagamento di una penale nel caso avessero voluto proseguire verso Alghero o Bosa.

J.-A. CANCELLIERI, *Bonifacio au Moyen Âge*, Ajaccio 1997, texte 87.

37

1285

L'abate di Saccargia Marco scrive lettere commendatitias al giudice di Arborea, a Trincia Doria, al marchese Malaspina e a Barisone Murgia e ne affida la consegna al suo vicario Bartolomeo («Bartholum in locum Marci subrogavit abbatem Sacrariensem in Sardinia, pro quo etiam commendatitias literas dedit iudici Arborensi, Trinciae de Orrea, marchioni Malaspiniae et Barasoni Murgiae»).

Citato in G.B. MITTARELLI, A. COSTADONI, *Annales Camaldulenses*, t. V, libro 44, p. 168 (dal Reg. III, p. 29).

38

1288, aprile 3, Pisa

Il Comune di Pisa approva i preliminari di pace concordati tra il Comune di Genova ed i prigionieri pisani carcerati in Genova. Riguardano i Malaspina alcuni punti:

- 1) *i castelli e le terre dei Malaspina in Sardegna sono esclusi dai territori che il Comune di Pisa avrebbe dovuto consegnare al Comune di Genova;*
- 2) *il Comune di Pisa non avrebbe dovuto intromettersi «de iure vel de facto» nei castelli e terre dei Malaspina;*
- 3) *le terre dei Malaspina non sarebbero state garantite da azioni offensive da parte del Comune di Pisa e del giudice di Arborea;*
- 4) *il Comune di Pisa avrebbe dovuto risarcire i Malaspina in caso di "sottrazione" di castelli e terre; l'entità del risarcimento sarebbe dovuta essere calcolata in base al valore delle cose sottratte, se non restituite, o nel caso di danni apportati non riparati;*
- 5) *il Comune di Pisa avrebbe dovuto restituire ai Malaspina i loro possedimenti entro sei mesi dal giorno del rilascio dei prigionieri pisani detenuti a Genova.*

I Libri Iurium della Repubblica di Genova, I/7, a cura di E. Pallavicino, Roma 2001, n. 1.202; P. TOLA, *Codex*, I, sec. XIII, doc. CXXV.

[1]: *I Libri Iurium*, p. 137; P. TOLA, *Codex*, p. 414; [2]: *I Libri Iurium*, pp. 139-140; P. TOLA, *Codex*, p. 415; [3]: *I Libri Iurium*, pp. 140-141; P. TOLA, *Codex*, p. 416; [4]: *I Libri Iurium*, p. 143; P. TOLA, *Codex*, p. 416; [5]: *I Libri Iurium*, p. 145; P. TOLA, *Codex*, p. 417.

[1] «DE SASSARO. Item comune Pis(arum) debet tradere et consignare in virtute comunis Ianue villam de Sassaro libere et expedite cum districtu, territorio et pertinentiis Sassari et cum omni iurisdictione, cum villis et hominibus de Romangna et omnibus villis aliis et locis et eorum pertinentiis que distringebantur per comune Pis(arum) seu per homines Sassari in toto iudicatu Turritano, ita quod homines de Sassaro iurent mandata comunis Ianue observare, salvo quod in predictis non intelligantur castra, possessiones, loca vel terre marchionum Malaspine et nobilium de Auria et que ab eis possidentur et tenentur vel per alias personas pro eis vel tenuerunt per annum ante presentem conventionem.».

[2] «Item quod comune Pis(arum) vel habens causam ab eo vel causam ab eis vel alii Pisani se perpetuo non intromittent de iure vel de facto de castris et terris que tradi debent comuni Ianue nec de terris marchionum Malaspine et nobilium de Auria in Sardinea et Corsica et quominus comune Ianue et dicti marchiones et nobiles de Auria perpetuo in quieta et pacifica possessione permaneant.».

[3] «De obsessione castrorum. Comune Pis(arum) vel eius syndicus promittet quod faciet et curabit sic quod per comune Pis(arum) vel iudicem Arboree vel per aliquem Pisanum vel <qui> pro Pisano habeatur castra, terre et loca que tradi debent comuni Ianue vel alia que comune Ianue et homines Ianue haberent in Sardinea et Corsica non debeant obsideri, capi vel auferri comuni et hominibus Ianue, et si hoc non curaretur, intelligatur comune Pis(arum) fregisse pacem, salvo quod predicta non intelligantur de terris marchionum et Aurie et versa vice supradictum comune Ianue intelligatur fregisse pacem si castra et terre comunis Pis(arum) vel Pis(anorum) fuerint obsessa.».

[4] «Si pendentibus depositis aliquid fieret, comune Pis(arum) obligat specialiter deposita suprascripta ut cedant comuni Ianue, si ipsis depositis durantibus castrum Castri de Kallaro vel aliquod ex terris et locis que tradi debent comuni Ianue auferetur de posse comunis Ianue § vel castra, terre et loca marchionum Malaspine et nobilium de Auria auferentur vel subtraherentur de posse

eorum per comune Pis(arum), iudicem Arboree vel per aliquem Pisanum vel Sardum aliquem. § Salvo quod pro terris marchionum et nobilium de Auria dicta deposita non cadant ad penam nisi usque in valimentum terrarum vel castrorum subtractorum et usque in valentiam rerum ablatarum et tunc si ipsa castra, terre et loca non restituerentur vel damna illata et res ablate non emendarentur.».

[5] «De pace et concordia marchionum Malaspine. Ut ipsi marchiones sint in pace debent remitti omnes iniurie et robbarie etc. et possessiones eorum quas habebant a comuni Pis(arum) eis restituantur a die relaxacionis carceratorum ad menses VI, dummodo ipsi marchiones iurent et securitatem prestant comuni Pisanum de observando ea que pro ipsis bonis servare debent et hoc faciat comune Pis(arum) ad preces comunis Ianue etc».

39

1288, aprile 15, Genova

I Comuni di Genova e di Pisa stipulano il trattato di pace. Riguardano i Malaspina alcuni punti:

- 1) *i castelli e le terre dei Malaspina sono esclusi dai territori che il Comune di Pisa avrebbe dovuto consegnare al Comune di Genova; il Comune di Pisa avrebbe dovuto cedere al Comune di Genova «omnia iura realia et personalia atque mixta» che aveva nelle terre dei Malaspina (si noti che il dato non è presente in doc. 38);*
- 2) *il Comune di Pisa non avrebbe dovuto intromettersi «de iure vel de facto» nei castelli e terre dei Malaspina;*
- 3) *le terre dei Malaspina non sarebbero state garantite da azioni offensive da parte del Comune di Pisa e del giudice di Arborea; tuttavia, il Comune di Pisa avrebbe dovuto eventualmente versare una cauzione ai Malaspina per evitare gli scontri;*
- 4) *il Comune di Pisa avrebbe dovuto risarcire i Malaspina in caso di "sottrazione" di castelli e terre; l'entità del risarcimento sarebbe dovuta essere calcolata in base al valore delle cose sottratte, se non restituite, o nel caso di danni apportati non riparati.*

I Libri Iurium della Repubblica di Genova, I/7, n. 1.203; P. TOLA, Codex, I, sec. XIII, doc. CXXXVII.

[1]: *I Libri Iurium, p. 157; P. TOLA, Codex, p. 422; [2]: I Libri Iurium,*

pp. 169-170; P. TOLA, *Codex*, p. 427; [3]: *I Libri Iurium*, pp. 176-177; P. TOLA, *Codex*, p. 416; [4]: *I Libri Iurium*, pp. 189-190; P. TOLA, *Codex*, p. 434.

[1] «Item dictus syndicus comunis Pisarum dicto nomine promittit ex causis predictis dicto sindico comunis Ianue, dicto nomine stipulanti, quod dictum comune Pisarum tradet dicto comuni Ianue et in virtutem et potestatem dicti comunis Ianue seu legitime persone pro ipso comuni ad hoc specialiter constituto in publico instrumento scripto manu alicuius notarii ex notariis civitatis Ianue et manu alterius notarii civitatis Pisarum, ut dictum est, et infra dictum terminum anni dictam villam de Sassaro libere et expedite et sine aliqua condicione vel modo, bona fide et sine fraude, cum toto districtu, territorio et pertinentiis Sassari cum omni iurisdictione, cum villis, hominibus et locis de Romagna et omnibus aliis villis et locis et eorum pertinentiis que dstringuntur, dstringebantur seu tenebantur per comune Pisarum seu per homines Sassari in toto iudicatu Turritano et hoc usque ad dictum annum unum proximum, ita etiam quod homines de Sassaro et aliorum locorum qui ibi fuerint iurent mandata comunis Ianue observare, salvo quod in predictis non intelligantur quod tradi debeant per dictum comune Pisarum dicto comuni Ianue castra, possessiones, loca vel terre marchionum Malaspine vel nobilium de Auria, scilicet ipsa que tenentur et possidentur per eos vel aliquos eorum per se vel alias personas que tenuerint ipsa castra et loca pro ipsis marchionibus vel nobilibus de Auria veraciter et sine fraude et tenuerint ad minus per annum unum proxime preteritum et de his obedierint per ipsum annum ad minus predictis marchionibus et nobilibus de Auria. Dictus tamen syndicus comunis Pisarum dicto nomine et ex causis predictis nichilominus ex nunc eidem sindico comunis Ianue dicto nomine et per eum dicto comuni Ianue cessit et mandavit omnia iura realia et personalia atque mixta que dictum comune Pisarum habet vel habere posset in predictis terris, castris et possessionibus predictorum marchionum et nobilium de Auria seu que per ipsos vel aliquem eorum tenentur per se vel alium ut dictum est».

[2] «Promisit eciam idem syndicus comunis Pisarum dicto sindico comunis Ianue ut supra ex dictis causis, pro bono pacis et concordie et ut evitetur omnis materia dissensionis, facere et curare

quod comune Pifarum vel habens causam ab eo vel alii Pisani vel qui pro Pifarum habeantur vel habentes causam ab eis vel aliquis ex predictis se non intromittent de iure vel de facto, modo aliquo in perpetuum de dicto castro Castri vel aliis villis et terris supradictis vel de Sassaro vel de aliis locis et castris vel aliis supradictis que debent comuni Ianue tradi seu dari, restitui vel dimitti, ut dictum est, vel aliquo eorum vel de castris, villis et terris quas tenent marchiones Malaspine vel nobiles de Auria vel de Corsica, imo ipsum castrum Castri et omnia et singula supradicta castra, loca et villas, terras et iurisdictiones et curatarias, homines, Corsicam et quelibet loca et iura Corsice et alia predicta in pace et sine aliqua molestia dimittent perpetuo comuni Ianue et dictis marchionibus et nobiles de Auria terras eorum et cuiuslibet eorum nec aliqua iura in perpetuum modo aliquo acquirant in predictis vel aliquo predictorum aliquo modo nec dabunt dictum comune Pifarum vel homines Pifarum vel quivis Pisanus vel qui pro Pisano habeatur vel teneatur ausilium, consilium vel favorem vel receptaculum publice vel occulte alicui se intromittenti vel intromittere volenti vel ius aliquod acquirere volenti in predictis vel aliquo predictorum aliquo modo nec aliquid aliud fiet per comune Pifarum vel habentem causam ab eo vel per Pisanos seu aliquem Pisanum, districtualem vel alium qui pro Pisano habeatur vel distringatur quominus comune Ianue per se et suos stet et perseveret in perpetuo in pacifica et quieta possessione et quasi ac detentacione omnium predictorum vel quominus hec omnia habeat et teneat dictum comune Ianue pleno iure et dominio vel quominus predicti marchiones et nobiles de Auria teneant et possideant dicta castra, loca et possessiones eorum ut supra et ita faciet et curabit dictum comune Pifarum quod predicta observentur et observabuntur dicto comuni Ianue et dictis marchionibus et nobiles de Auria».

[3] «Et hoc quod dictum est de pace fracta intelligatur pro his que in presenti articulo sive capitulo continetur locum habere postquam carcerati Pisani fuerint relaxati, salvis semper a predictis quod si contigeret dampna dari vel offensiones fieri per comune Pifarum, iudicem Arboree vel aliquem Pisanum vel districtualem vel alium qui pro Pisano haberetur marchionibus Malaspine vel nobiles de Auria pro rebus que eis auferentur vel dampnis illatis ut supra, comune Pifarum non teneatur dicto comuni Ianue

nec per hoc videatur ipsum comune Pisarum fecisse contra pacem vel ea que conventata sunt. Et e converso comune Ianue non teneatur dicto comuni Pisarum pro rebus ablatis vel dampnis datis vel offensionibus factis per ipsos marchiones vel nobiles de Auria eisdem comuni Pisarum, civibus vel districtualibus vel iudici Arboree nec per hoc videatur ipsum comune Ianue fecisse in aliquo contra pacem vel ea que conventata sunt, sed ut debeant ipse offensiones cessare inter predictos et ad hoc ut cessent offensiones et dampna teneatur comune Pisarum ita facere et curare quod quilibet civis Pisanus seu qui pro Pisano dstringatur vel pro Pisano appelletur et qui habet vel per tempora habuerit terram in Sardinea interponat caucionem ydoneam infra annum unum proximum a die requisicionis versus nobiles Malaspine et de Auria de ipsis offensionibus non faciendis vel dampnis non inferendis per ipsos Pisanos seu qui pro Pisanis dstringantur vel qui Pisani appellentur dictis nobilibus Malaspine et de Auria vel aliquibus ipsorum si dicti nobiles Malaspine et de Auria similem caucionem interponere voluerint et illi seu illis ex eis qui ipsas interponere voluerint de dampnis non inferendis seu offensionibus non faciendis ipsis civibus Pisanis seu qui pro Pisanis dstringantur vel qui Pisani appellentur a quibus ipse cauciones prestite fuerint et non aliter. Et eodem modo dictum comune Pisarum teneatur interponere caucionem idoneam versus nobiles Malaspine et de Auria de ipsis offensionibus non faciendis vel dampnis non inferendis dictis nobilibus Malaspine et de Auria vel aliquibus ipsorum si dicti nobiles Malaspine et de Auria similem caucionem interponere voluerint de dampnis non inferendis seu offensionibus non faciendis ipsi comuni Pisarum et non aliter».

[4] «Ex pacto convenit eciam dictus syndicus comunis Pisarum dicto nomine dicto sindico comunis Ianue, dicto nomine recipienti, consensit et voluit quod dicta deposita omnia que fieri debent fient et fiant tali modo et forma quod obligata sint et obligata esse intellegantur comuni Ianue et ipsi comuni Ianue cedere debeant et ipsi comuni Ianue dare et restitui ultra ea que dicta sunt de aliis depositis restituendis in hac forma, videlicet si durantibus ipsis depositis pro capitulis pro quibus ipsa deposita facta fuerint castrum Castri de Kalaro vel aliquod ex his terris et locis que in capitulis de Kalaro continentur vel Sassari vel aliquod ex his terris et locis que in capitulis de Sassari continentur vel aliqua

ex terris vel locis que tradi debent comuni Ianue vel aliqua terra vel locus illorum de Auria vel marchionum Malaspine fuerint subtracta vel ablata modo aliquo de posse comunis Ianue vel de posse ipsorum vel obsessa facto comunis Pisanorum vel alicuius Pisanorum vel alterius qui pro Pisano distringatur vel per iudicem Arboree vel homines suos vel habentem causam ab ipso iudice vel eius successorem vel alium Sardum vel aliam personam habentem causam a comuni Pisanorum vel ab aliquo Pisano vel districtuali Pisanorum vel qui Pisanus appelletur vel distringatur vel per interpositam vel submissam personam a predictis vel aliquo ex predictis, in dictos casus et in quemlibet eorum ipsa deposita omnia predicta vel illa ex eis que durarent seu durare deberent pro capitulis observandis, pro quibus deposita ipsa facta essent, cedant et cedere debeant comuni Ianue et ipsi comuni Ianue dari, solvi et restitui debeant infra satisfactionem predictorum dampnorum iniuste illatorum comuni et hominibus Ianue per comune et homines Pisanorum et ex causis aliis sicut melius esse potest pro comuni Ianue sine aliqua exceptione vel defensione seu obstaculo et de predictis depositarii se debeant obligare versus syndicum comunis Ianue, dicto nomine, in instrumento publico solempniter conficiendo in laude sapientis comunis Ianue et alie solempnitates fieri debent, ut dictum est, in capitulis depositorum, et nichilominus comune Pisanorum teneatur ad observationem predictorum. Acto tamen, non obstantibus supradictis, quod pro aliquibus castris, terris vel locis predictorum marchionum vel nobilium de Auria que eis vel alicui eorum subtraherentur ut supra cedere non debeant comuni Ianue vel ipsi comuni Ianue dari vel solvi debeant dicta deposita nisi usque in valimentum castri, terre, loci vel ville seu castrorum, locorum, terrarum vel villarum, qui vel que subtracta vel occupata vel ablata essent ipsis marchionibus vel nobilibus de Auria vel alicui eorum usque in quod valimentum cedant comuni Ianue pro dictis castris, terris vel locis predictorum marchionum vel nobilium de Auria, ut dictum est, nisi ipsa castra, terre vel loca et dampna omnia ac res ablate dictum comune Pisanorum restitui et emendari fecisset illi seu illis ex dictis marchionibus seu nobilibus de Auria a quo vel quibus ablata vel occupata seu occupate fuissent castrum, loca seu terre et ville et cui vel quibus dampna illata fuissent vel a quo vel quibus res ablate fuissent».

1288, aprile 15, Genova

I giurisperiti Nicolò de' Guerci, procuratore del Comune di Genova e Ranieri Sampante, procuratore del Comune di Pisa, definiscono alcuni aspetti relativi all'esecuzione del trattato di pace. Tra le altre cose, si stabilisce che entro sei mesi dal giorno del rilascio dei prigionieri pisani detenuti a Genova il Comune di Pisa avrebbe dovuto restituire ai figli e ai nipoti del «quondam Conrado Malaspine» (Corrado l'Antico) e ai loro eredi «omnia illa bona et possessiones quas et que ipsi tenebant et tenere solebant a comuni Pisano». I marchesi, a loro volta, avrebbero dovuto restituire a Pisa le cose sottratte, purché ciò non fosse andato a discapito del Comune di Genova.

I Libri Iurium della Repubblica di Genova, I/7, n. 1.204; P. TOLA, Codex, I, sec. XIII, doc. CXXVIII.

[pp. 203-204] «Et quia comune Ianue tenebatur marchionibus Malaspine non facere pacem vel treugam cum Pisanis in qua non essent ipsi marchiones Malaspine, prout plenius continebatur in instrumento scripto manu Gabrielis Capriate notarii, M^oCC^oLXXXIII, die XVIII novembris, idcirco dictus syndicus comunis Ianue pro ipsis marchionibus devenit ad pacem et concordium cum dicto sindico comunis Pisarum, nomine dicti comunis Pisarum et hominum Pisarum et districtualium, sic quod dictus syndicus comunis Pisarum dicto nomine recepit dictum syndicum comunis Ianue, nomine dictorum marchionum et successorum eorum et sequacium ipsos marchiones, successores et sequaces ad pacem et concordium faciendo eidem, pro dictis marchionibus, successoribus et sequacibus, finem et remissionem de offensionibus, iniuriis preteritis et dampnis datis et hoc dictis marchionibus similia facientibus dicto comuni Pisarum. Dictus eciam syndicus comunis Pisarum <promisit>, ad preces dicti sindici comunis Ianue et hominum Ianue, quod comune Pisarum a die relaxationis carceratorum nunc Ianue detemptorum ad menses sex tunc proximos vel infra ipsum terminum restituet et restitutionem faciet filiis et nepotibus quondam domini Conradi Malaspine vel eorum heredibus omnia illa bona et possessiones quas et que ipsi tenebant et tenere solebant a comuni Pisarum,

Lettera dell'infante Alfonso a Pere de Libià e Arnaldo de Cassà. Tra le altre cose, si apprende che il castello di Osilo era ancora sotto assedio.

C. BAUDI DI VESME, *Codex diplomaticus Ecclesiensis*, I-II, in "Historiae Patriae Monumenta", tomo XVII, Torino 1877, doc. XL, col. 401.

*137

1325, maggio 28, Teruel

L'infante Alfonso concede ad Arnau Masqual una «villam seu villas ex illis videlicet que fuerunt marchionum de Malaspina» per un valore di 2.000 soldi di alfonsini «in redditibus annuatim».

Citato in docc. 204 e 241.

138

1325, giugno 29, Daroca

L'infante Alfonso concede a Ferrer de Menorca «villam seu villas ex illis videlicet que fuerunt marchionum de Malaspina» per un valore di 2.000 soldi genovini annui.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 399, ff. 18, 2°-19.
Inserito [B] in doc. 419.

139

1325, giugno 29, Daroca

L'infante Alfonso informa il governatore Francesch Carròs della concessione a Ferrer de Menorca di cui al doc. 138.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 399, f. 19v.

140

1325, luglio 8, Daroca

L'infante Alfonso concede a Francesch de Palau il villaggio di Urgeghe (curatoria di Figulinas), confiscato ai Malaspina, per un valore di 6.000 soldi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 399, f. 34, 2°.

141

<ante 1325, agosto 20>

Testo dell'ambasciata genovese, composta da Nicolò Doria e Antonio de Camilia, «pro comunitate fidelium Imperii de Ianua et districtu» presso il re d'Aragona Giacomo II, «super negocio» dei marchesi Federico, Azzone e Giovanni Malaspina.

I due ambasciatori dovevano riferire che i suddetti marchesi «et quondam bone memorie dominus Opizo marchio Mallaspina, pater eorum, semper fuerunt et sunt veri amatores et amici perfectissimi partis dictorum fidelium»; e che gli stessi marchesi speravano «quod tempus lucis eorum iurium in eius pervenisset adventu de castro Bosse, quod indebite et contra Deum et iusticiam occupatum detinetur per iudicem Arboree, sicut mundo est publice manifestum, non vissum fuit ipsius domini infantis consilio fidelitatem ab eis homagium de castro Bosse et pertinenciis accipere», considerando anche che «dominus infans, forsitan eorum iura ignorando, dictum castrum Bosse cum pertinenciis in feudum traddiderat ipsi iudici Arboree una cum aliis suis terris». Rispetto allo scontro tra Federico Malaspina ed il governatore aragonese Berenguer Carròs, gli ambasciatori genovesi dovevano riferire che il marchese si era presentato con riverenza al Carròs, rifiutandosi però di consegnargli il castello di Osilo, in quanto proprietà comune dei marchesi, atteggiamento interpretato come segno di cattiva volontà e per questo causa della detenzione del Malaspina.

Originale [A], ACA, Cancilleria, Cartas Reales Jaime II, n. 1.745, caja 124.

Citato in doc. 143 e in J. ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, Voll. 1-8, Libros I-XX, Zaragoza 1562-1610 (Ristampa 1976-1980), 3, libro VI, cap. LX, p. 226; A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, p. 289; M.E. CADEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, pp. 286-287.

*142

<ante 1325, agosto 20>

Cristiano e Amfredus Spinola e Galeotto Spinola di Luccoli (de Luculo) scrivono al re Giacomo II per chiedere la grazia nei confronti di Federico, Azzone e Giovanni Malaspina.

Citato in doc. 143.

143

1325, agosto 20, Tarazona

Il re Giacomo II informa l'infante Alfonso dell'ambasciata di Antonio de Camilla, il quale aveva consegnato al re due lettere in difesa di Federico Malaspina e dei fratelli, una dei fedeli dell'Impero della città di Genova, l'altra di Cristiano e Amfredus Spìnola e Galeotto Spìnola di Luccoli. Giacomo II rimanda la risoluzione della questione ad Alfonso.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, f. 282, 2°.

Iacobus et cetera. Inclito infanti Alfonso, karissimo primogenito et generali procuratori nostro, salutem et benignitatem paternam. Fili karissime, devotus noster Anthonius de Camilla, unus ex ambaxatoribus nobis missis per comunitatem ianuensem fidelium Imperii, nobiscum colloquium habuit super negotio marchionis de Malaspina et resignavit in manibus meis duas litteras in favorem eiusdem nostro culmini destinatas. Nos autem, filii, super ipso negotio nichil determinate eius noluimus repondere, sed ipsum negocium vobis remittendum providimus, sicque, filii, videbitis dictas litteras nobis missas, quas vobis hic inclusas transmittimus. Et deinde deliberacione habita et negotio iusto librato examine super eo provideatis prout videbitis expedire. Datum Tirasone, XIII kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC XX quinto.

Franciscus de Bastida, mandato regio. //

In predicta littera fuerunt misse intercluse due littere, altera concilii credentie fidelium Imperii de Ianua et districtus eius, et altera Christiani Spinula, Galeoti Spinula de Luculo et Amfredi Spinula, in quibus supplicabant ut dominus rex deberet suscipere ad gratiam suam Fredericum, Azonem et Iohannem, marchiones Malespina.

144

1325, agosto 20, Tarazona

Il re Giacomo II informa della questione di cui al doc. 143 il proprio consigliere Guillem Oulomar.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 342, f. 282, 3°.

Iacobus et cetera. Dilecto consiliario nostro Guillelmo Oulomarii salutem et dilecionem. Scire vos volumus nos noviter scribere inclito infanti karissimo primogenito et generali procuratorii nostro comiti urgellensi super quibusdam nobis tractatis pro parte quorundam amicorum marchionis de Malespina et tractatus ipsos suo examini remittimus, ut in eius littera videbitis contineri. Vos autem et alii consilarii dicti infantis qui de negotio dicti marchionis plenam habeatis noticiam eidem infanti consulatis quod honori nostro et eiusdem ac utilitati regni Sardinie videritis expedire. Datum Tirasone, XIII kalendas septembris, anno Domini M CCC XX quinto.

Idem^a.

^a *nel documento precedente* Franciscus de Bastida, mandato regio

145

1325, agosto 27, Saragozza

Lettera dell'infante Alfonso ad Amfredus Spinola riguardo all'ambasciata di Antonio de Camilla in favore dei Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 424, f. 22v, 2°.

146

1325, agosto 27, Castel di Castro

Il capitano e i castellani di Castel di Castro (Gherardo Buçacarinus, Giovanni Grancii e Francesco Grasso) scrivono ad Azzone e Giovanni Malaspina e ai rectores di Sassari (Aliprandino Palas, Bartolo Catoni, Gomita de Via), allegando una carta con un alfabeto segreto.

H. FINKE, *Acta Aragonensia*, II, n. 606.

147

<1325>, settembre 1, Alghero

Bonanat ça-Pera informa il re d'Aragona della rivolta di Sassari, a capo della quale era il capitano Azzone Malaspina.

A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, Appendice, doc. LI.

Senyor, jo Bonanat Çaperera humil hom vestre me comano en la vestra gracia besant la terra devant los vostres peus. Sapia Sr. la V. Exc. que per tractament e obra de Bartholo Catho lo gran, e el jove e d'Alibrandino Palas e de Petro de Tola e de Gomita de Via e dels altres de lur bando [el Comú] de Sacer [s.es] reveylat; enaxi que ma armada e ab banderes desplegadas combateren la cort hon estava en R. Sentemenat e.ls altres alberchs hon posaven los cathalans e combaten mataren-ne ben XX. entre de paratge e d.altres e preseren en R. Sentmenat qui fo naffrat mortalment axi que dins II. dies ço es lo XXIII. dia de juliol mori de les dites nafres e tenen preses tro a XIV. Homens dels quals los demes son de paratge, e.ls altres son bons homens. E encontinent aço fet a pocs dies traeren de les parts de la Cort lo senyal Rey al e de les altres parts on fos.

E ordonarent per rector del Comu de la ciutat, que.sdivana Comu de Sacer, n'Alibrandino Palas, e.n Bartholo Catho lo major e Gomita de Via.

E son se empreses e aunats ab los marqueses de Malespina e han fet capitan de guerra misser Aço Marques de Malespina. E han justat tot lur poder en sacret e poden esser tro a DCCC. homens a cavayll e tro a VI. millia a peu. E han trameses ben III. o IIII. barques en Pisa e en Saona. E havem entes que.l Comu de Pisa ab consentiment e encara per manament del comte Ner les fa armar en Sahona XV. galeas secretament e te apareylada companya d.homens a cavayll per trametre-la en Cerdenya. Encara Sr. sic diu el jutge qui ho creu primerament que.ls sacereses e.ls malqueses se emprenen ab los del castell de Cayler a pendre manera per que.s puxen fer reveylar tols los sarts de tot regne de Cayler e de Gallura. E siats cert Sr. que ja.ns han tots tan mala voluntat que no porien pigor.

Encara Sr. sapia la V. Alt. que.l jutge mostra bona volentat a vostres affers mes Deus no ha volgut que res s.en sia mes en obra e creu firmament que no ha romas per ell mas per la sua gent que

guanyonege. Que l'altre jorn havia fets plegar tro a CCC. homens a cavayl e tro a DC. de peu de la sua terra de Logodor e tramitia.ls al governador. E en Berenguer de Vilademany e jo anavem ab la dita gent. E quant fom tro III. legues prop Sacer, la gent del jutge tota concordablement dix que no iria pus raonant que no podia anar que ugada era e morta de set. e.ls cavayls tots deprovits. E segurament Sr. que en partida no deyen falsu qui pocs ni havia qui.s poguessen moure que II. dies havia que no havien trobada aygua ne per los cavayls ne per les perssones tro al vespre e anaven tot lo die.

E jassia que.n Vilademany e jo los induguessem e.ls confortassem com pus bellament podiem que almenys annassent tro al Alguer, e que alli reposarien. E puys del Alguer tro al port era cami bon e pla e ab aygues no.l volgren fer, ans se començaren a avaloirar contra nos e contra los capitans lurs, deins ningra tothom qui diga que anem avant. E aço feyen per lugament e creu que be aytant ho feyen com sabien que no podien passar sens batayla, que.ls marqueses e.ls sacereses ab tot lur esforç dessusdit seren meses entre nos e.l Alguer a un pas molt forts que.ns entenien de pendre, mas tot ho hagien assajat en Vilademany e jo si.ls sarts del jutge se volgessen si be los enemichs eren la metat mes que nos e molt mes de la meytat que nos...

Tuvieron que echar atrás hasta un lugar que ya habían pasado. Requirió a los capitanes que no les dejaran dispersar hasta saber la voluntad del juez. Fué a Oristany donde éste se hallaba y remitió a su "armenter" Felipe Mamelli para que volvieran. Pero al llegar a Bosa vió que todos se habían vuelto a sus casas excepto 20 alemanes. El consejo que se tomó fué de advertirles que de 20 en 20 a escondidas se reunieran en Puerto de Torres el lunes siguiente. Duda que acudan.

[Mameli] havia manament del jutge d'Arborea que si.l governador li trametia una galea del Port de Torres a.l port de Bosa que.y anassen ab ell ensemps per tractar composicio ab los sacereses. E axi entram-nos a Bosa e d.aquí tramessem una barcha al governador que.ns trameses una galea, encara li tramesen los cathalans e.ls tudeschs per un cami segur que va riba mar tro al port de Torres e son la ab lo governador, misser Felip e l.armentar e jo esperan la resposta e la galea. E estan axi reebem

letra del governador que no la.ns podia trametre ne se.n podia desexir. E axi misser Felip e l.armentari tornaren-se.n a Oristany e jo vaig-me tot sol ab II. escuders al Port de Torres hon enten a esser dema si a Deu plau. E encontinent que ab ell haja parlat si veig que ell m.age ops si no torner-me.n he a Bonayre e aqui endreçare que puxa haver de que pagar la companya que ha ades no.y es; e siats cert Sr. que si jo.n so creegut si d.altra part no.s pot trobar recapte a la paga jo m.enten a pendre tot lo blat e.ls altres drets d.aquells qui son heretats en Cerdenya e no hic han de qui faça lo servey que deven fer dels cavayls armats e d.allo farem la paga.

E farem-los en alberchs d.aytant com prenam de cascu e puys nos pagaret-los ho on siats com que tingats per be. Encara enten a fer creixer companya en los castells axi que en cascu hage almenys XX. homens e a Ayguafreda XXX. En tots los castells ha blat a I. any a XXI. persones e son convinentment fornits d.altres coses, salvant de vin.

E axi jo enten-li a fer metre tantost com sia a Bonayre encara enten a fornir La Fave, qui es deffornit de totes quantes coses deu haver que.n Rodrigo de Luna o ha tot barrejat que no.y ha lexat res part que vuy que.l te Lop Sanchez no.y ha si no III. homens. Jo Sr. hi fiu metre l.altre jorn blat, ço es forment e ordi mas no tant com ops hauria e axi ara complir ho he si a Deu plau.

Quant al fet de Vila d'Esgleyes no he ansia que.n Pere de Libia hi es que.y dona bon recapte e forneix tot dia e fa ben guardar lo castell lo qual es ja clos e tancat e.s garde. Encara la cisterna del dit castell no es escombrada mas tot dia s.escombra e si a Deu plau lo dit castell haura compliment dins breus dies.

Lo Sr. governador es al Port de Torres e ha establido la torre del dit port e ha poc pres un gran pati part la torre e ha.y fet bon vayl e mur e fa-ho poblar per cor de tenir-ho per tots temps si a Deu plau. E enten que sera loc de gran meylorament ab la ajuda de Deu per raho del port. E part aço, ha feta tornar la força del castell de Nurra qui es prop del dit port e ha.l establir axi meteyx. E creegats que si no.s podem mantenir ne durar la guerra que aquelles dues forces no.s seran en fort bon loch segons que eig que jo encara no.ls he vistes.

Encara Sr. sapia la V. Alt. que dimecres XXI. dies d.agost abans que.n Vilademany ne mon frare ne.ls altres catalans qui ab ell eren ne.ls XX. tedeschs del jutge fossen anats al governador tot lo

poder de ls marqueses e de Sacer vench ab los dits marqueses al Port de Torres contra lo governador per levar-l-o d.aqui.

El governador en covinent fos armat ab tota sa gent de cavayl e de peu e exi fora la força e en un toçalet estech-los donant batayla tenguda tot un dia. Els enemics havien amenat molts carros carregats de pedres e quant veeren lo capteniment del governador, ço es que estava appareylat van.se metre los carros devant e feren-ne barrera e estegren aquella nit dins aquella barrera e puy l.endema tornaren-se.n a Sacer. E hanc depuys no son exits. E segons que jo he entes per cert, son-se desavenguts a.ls marqueses e ells ab ells. Qui han en cor de fer no.u se, que tot se sabra.

Lo jutge conseyle que en tot cas lo governador reebe a perdo e a merce los saceresos e encara si per menys no pot hom passar diu e conseyla que sia confermada als marquesos tota la lur terra en la manera de les altres de Sardenya per tal que aquesta guerra se tolga e no sia que diu que aades no.ns es profitosa ans nos es molt dapnosa e de gran perill axi que per les rahons qui dessus son tocades ell se tem que.l fet de Cerdenya no sia en fort punt. Conseyla encara que si.ls saceresos no volien tornar a obediencia vostra que almenys si preses treua per tal com los sarts del regne de Caller en esperen si no la fi del fet de Sacer e encara si saben que.y hage treua o pau estaran plans si no ell los veu aparellats a tot lo contrari, a fer ço que Deus no vulla tro major poder hic haiam de gent nostra que ara no havem.

Sr. per ço us signific los affers de Sacer e encara l.estament de la illa que vos vejats si.ych ha ops secors de companya ne si es ops que.l cuytets de trametre; vos sots, Sr., savi e valoros e si a Deu plau provehirets hi axi com se pertany a la vostra honor e pensarets ab quant afany havets conquest Sardenya ne quant vos costa ne com es honrada cosa ne profitosa ne quiyna fama n.avets guanyada per tot lo mon. E si aço pensats, los affers vendran be. Mas coven-se que jo.us faça saber quiny compte podets fer del esforç que havets en Sardenya. E podets fer compte que a Bonayre havets a guarda del castell .XL. homens a cavayl bons e a Vila d'Esgleyes XXVI. bons e ab lo governador L. homens a cavayl bons e XX. genets; los altres se son perduts en Sacer e els sacereses tenen los cavayls nostros ben XL. e les armes dels cavayls e dels cavaylers de qui eran. D.altra part havets lo jutge que es tan desesperat e tan esperdut qui no.us en cal fer compte que.us puxa valer que diu tot pla que massa a fet de defendre sa terra que creu

que la perda si vos no li acorrets; tost axi ho ha dit a mi no una vegada mas moltes ne.us cal fer compte que jamas ne puxats haver un diner a paga ne a profit mas tots temps sera vostre axi leyalment com han fo. E diu que com mes no pogues no ha altre consel sino d.anar-se.n en Cathalunya viure e vos defenets-li la terra si.us volets.

Quant als senyors d'Oria vos faç saber que jo se per dit de la potestat del Alguer, misser Corço Pinello, qui.m par leyal hom a vos Sr. que.ls senyors d'Oria son en Sahona. E que nos entenem a assenyalar d.aquests affers contra.ls sacereses d.en tro que vos Sr. per vostra letra.ls ho manets e que.n sapien la vostra volentat que creu que si vos entenets a dar don al sacereses, que entre.ls altres que.n aemprarets no.y oblidarets ells e que lavors faran ço que vos manarets, mas han manat als oficials lurs que entretant no facen nuyla novitat contra los saceresos mes lo dit Corço s.a apoderat e acabat sens sabuda de sos senyors que ha liurats al governador C. homens a cavayl dien que.ls seria perill de perdre lo dret de la donacio del Sr. Rey si no.ls li liurava. El dit Corço ha mostrada a mi secretament una letra que li ve de sos senyors, ço es de misset Galaot e de misser Casan e de misser Marian e de misser Fabian qui han sobrenom d'Oria en que li manen que no s.assenyal en res dels dits affers en tro que vos senyor ne requirats ells nomenadament.

Part que sapiets Sr. que diu la dita potestat que no pot esser senyor de la gent de l'Alguer ne dels altres locs ans ha prou que fer en vedar los que no sien contra lo governador de Sacer en ajuda.

E per totes les dites coses podets entendre vos Sr. que si poder venia en ajuda dels sacereses que encontinent los hauriem contra nos e dirien los senyors d'Oria que no.s faria ab lur voluntat. E per aventura axi si tantost que ja.n veig venir a les mans. E dic vos en summa Sr. per ço que jo sent ne puix entendre que si vos no cuytats de trametre companya la qual vinga en aquestes galees que devets trametre en Sicilia o en naus que vinguen mantinent siats cert que d'Oristany a ensus no.us cal fer compte sino de les forces que havets e d.aquelles del jutge.

E per aventura axi meteix vos poria dir ab veritat de tots los sarts de Cerdenva salvant del jutge e d.alcuns locs de Campitano que no gosaran fer lo desaguado per temor de Bonayre e salvant aquells pocs que san en torn de Vila d'Esgleyes.

Los pisans han trames al castell de Caller en una galera leugera II. castellans novells e I. capitan de guerra qui menaça a tot lo mon. Placia.us Sr. que demanets a.n Francesch Puiggros (?) d.aquests senyors oficials vestros que.ls hic fan be ne quals hac fan mal que ell ne sap la veritat aytanbe com jo mateix.

Jo no.us gos dir mal; jo mi espergare tost e dire us en veritat que no als e si jamas trovats lo contrari de [çert] jo.us dire cor venets ho a la mia persona; nostre senyor per la sua merce vos leiy tots temps fer un die son plaer e vestra honor e profit de lo bon estament d.eço qui comanat vos es.

Scrita en l'Alguera primer dia de Setembre.

148

<1325>, settembre 1, <Oristano>

Il giudice di Arborea Ugone II scrive a Berenguer Carròs riferendo di aver intercettato ad Oristano il giorno 29 agosto scorso «quidam cursor» inviato dai castellani di Castel di Castro, il quale recava con sé alcune lettere, tra le quali una diretta ai Malaspina e ai rectores di Sassari (cfr. doc. 146), che rivelavano evidenti machinationes contro la Corona. Perciò il giudice informa il suddetto Carròs di volerli spedire le lettere in oggetto.

Citato in M.E. CAEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, p. 295, nota 142.

149

<1325>, settembre 1, <Oristano>

Copia della carta inviata dal giudice di Arborea Ugone II a Berenguer Carròs (cfr. doc. 148), con allegata copia della lettera recante l'alfabeto segreto datata 1325, agosto 27, Castel di Castro (cfr. doc. 146).

Citato in M.E. CAEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, p. 295.

150

<1325>, settembre 6, Castello di Bonaria

Berenguer Carròs scrive all'infante Alfonso, riferendo delle lettere intercettate dal giudice di Arborea relative agli accordi tra i pisani di

Castel di Castro, da una parte, e i Malaspina e Sassari, dall'altra (cfr. docc. 146, 148-149).

Citato in M.E. CAEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, p. 295.

151

1325, settembre 28, Saragozza

L'infante Alfonso informa il governatore Francesch Carròs di aver saputo tramite Gallardo de Malleó della volontà di Azzone Malaspina di recarsi presso la curia regia per trattare un nuovo accordo. L'infante delega, inoltre, al Carròs la decisione sull'assegnazione di un guidatico richiesto dal marchese.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 424, ff. 38v, 3^o-39.

Infans Alfonsus et cetera. Nobili et dilecto nostro Francisco Carrocii, ammirato dicti domini regis, gubernatori generali Sardinie et Corsice regni, vel eius locum tenenti, salutem et cetera. Exposuit nobis Gallardus de Maloleone exhibitor presencium quod nobilis Azo, marchio Male Spine, affectat nostram adire presenciam pro tractando nobiscum et parendo nostre in omnibus voluntati et a nobis, ut idem Gallardus asserit, propterea guidaticum postulavit. Sane quia idem guidaticum vobis mitti deliberamus per prefatum Gallardum, eo quod vos, qui in negociis estis secundum ipsorum negociorum statum super prestando dicto marchioni, vel penes vos retinendo ipsum guidaticum faciatis quod vobis videbitur expedi. Ideo volumus vobisque dicimus et mandamus quatenus, habita deliberacione super hiis, cum militibus et aliis prudentibus viris vobis ad hec assistentibus si vobis expediens videatur prefatum guidaticum mitti debere dicto marchioni ipsum predictum Gallardum, qui de ipso marchione noticiam habet, ut asserit, et familiaritatem cum eo sibi mittere debeatis. Vel aliter ipsum guidaticum et eciam litteram credencie quam propterea dirigimus dicto marchioni per dictum Gallardum penes vos retinere velitis, ut predicatur, prout ipsorum negociorum qualitas postulabit. Datum Cesarauguste, quarto kalendas octobris, anno Domini M CCC XX quinto. Idem^a.

^a nel documento precedente Clemens de Salaveridi, mandato domini infantis

152

1325, settembre 28, Saragozza

L'infante Alfonso scrive ad Azzone Malaspina rassicurandolo sulla totale affidabilità di Gallardo de Malleó riguardo alla questione di cui al doc. 151.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 424, f. 39, 2°.

Infans et cetera. Nobili viro Azoni, marchioni de Malaspina, salutem et dileccionem. Cum quedam comiserimus dilecto nostro Gallardo de Malo Leone pro parte nostra vobis oretenus exponenda super quibusdam de quibus vos et idem Gallardus, ut ipse asserit, insimul contulistis. Ideo super hiis que dictus Gallardus pro parte nostra vobis exponet de quibus insimul colloquium, ut predicatur, habuistis fidem eidem indubiam poteritis adhibere. Datum Cesarauguste, quarto kalendas octobris, anno Domini M CCC XX quinto. Idem^a.

^a nel documento precedente Clemens de Salaveridi, mandato domini infantis

153

1325, dicembre 5, Barcellona

Lettera di risposta del re Giacomo II a Cristiano Spinola riguardo alla ribellione di Sassari. Quanto a Federico, Azzone e Giovanni Malaspina, nipoti dello stesso Spinola, il sovrano afferma che se questi fossero tornati alla fedeltà verso la Corona, gli sarebbe piaciuto comprare il castello di Osilo a un prezzo ragionevole.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 342, ff. 287, 2°-287v.

«Ad negocium autem Frederici Malespine et fratrum eius, nepotum vestrorum, qui in rebellionem nostram inciderunt, si ad fidelitatem et obedienciam nostram redierint, eisdem forma et modo

quibus supra expressimus et dicimus voluntatem, videlicet quod abiecto errore quo ceciderunt et nostrum felix et suave dominium recognoscendo nos gratiosos invenient et benignos, placet quod nobis ut vos circa hoc vestram operam impendatis sicut dicitis prestiturum, quodque tractetis eciam ut de castro Ossuli nobis vendicionem faciant quam acceptabimus, si de competenti precio fuerit concordatum. Igitur non tardetis tractatus facere in premissis, significaturus nobis que processeritis super eis. Contenta vero in cedula supradicta qua dicebatur de galeis ad solidum pisanorum ducendis audivimus et super ipso negotio vobis per aliam litteram repondemus.».

154

<1325>, dicembre 19

Il giudice di Arborea Ugone II informa il cardinale Napoleone Orsini degli eventi bellici sardi e a Sassari in particolare.

A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, Appendice, doc. LII.

[pp. 430-431] «Ceterum considerantes continue meditantes super hiis que dicebantur de armata Pisanorum que debebat venire in insula et nunc expectatur continue propter dissensionem que in dicta terra Sassari [orta] fuit. Et propter guerram quam predicti domini habent cum istis Pisanis in Kallaro et cum dominis marchionibus de Malaspina in iudicatu turritano dubitavimus plurium ne predicti domini valerent sufficere tot adversariis respondere attendentes potenciam specialiter Pisanorum et dubitantes de Sardis ne propter Cathalanorum in ordinata dominia ad predictorum dominorum adversariis convertantur.

Et ideo cupientes eis minuere inimicis et de infidelibus eis fideles efficere apud dictos dominos marchiones et istos Sassarienses efficaciter interposuimus partes nostras ut ipsi ad predictorum dominorum devocionem et obedienciam revertantur. Et licet non sine magno laborare promisis eis multis privilegiis et remisionibus quas a nobis predictorum dominorum nomine petiverint aliquibus et in honestis quibus asensimus propter pericula et magna discrimina que ex eorum rebellione provenire poterant dominis memoratis si cum Pisanis sicut credebatur unionem fecissent.

Tandem per Dei gratiam dictos marchiones et Sassarienses ad

predictorum dominorum obedienciam et fidelitatem pristinam credimus redussisse. Licet mandata sit ex toto perfectus tractus sed est adhuc infieri et clonperi credimus et speramus, quare cum quicquid in hac parte fecimus et facere intendimus faciamus ad predictorum dominorum exaltacionem honoris et ut eos a multis discriminibus et magnis periculis et multarum expensarum oneribus sublevemus et ut contra Pisanos eorum adversarios levius et facilius intendere valeant, nos predictis marchionibus et Sassiariensibus multa promissimus per predictos dominos acceptanda que alio tempore essent eis justo iudicio deneganda.

Confisi tamen de predictorum dominorum benigna clemencia predictis predicta concessimus propter casus et rationes predictas. Et ideo Pat. V. predicta intimare decrevimus ut si dictus tractatus perfici poterit ut speramus et aliqua vobis de concessis per nos marchionibus et Sassiariensibus factis fuerint intimata nos pro meliori concessisse et ut status predictorum dominorum regis et Inf. in insula forcior existere Pat. V. credat.

Dat. XIX decembris.».

155

1326, gennaio

Il giudice di Arborea Ugone II scrive all'infante Alfonso. Al punto IX della lettera si parla delle trattative con i Sassaresi ed i Malaspina, riferendo di uno scambio epistolare e di ambasciate con i ribelli, i quali ponevano delle condizioni, riportate in capitoli affidati al giudice. Quest'ultimo consiglia all'infante Alfonso di valutarli e, nel caso le condizioni non fossero state accettabili, di intervenire con le armi; nel caso contrario il giudice suggerisce di inviare una persona idonea a trattare e concludere l'accordo di pace, indicata in Guillem Oulomar, per quanto Sassaresi e Malaspina pretendessero che fosse lo stesso Ugone ad approvare, nel nome dell'Infante, i predetti capitoli, cosa che il giudice non aveva accettato, non ritenendosi autorizzato a farlo.

Originale [A], ACA, *Cancellaría, Cartas Reales Jaime II*, n. 13.650, caja 109.

Citato in A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, p. 296.

156

<1326>, gennaio 17, Oristano

Il giudice di Arborea Ugone II scrive al re d'Aragona. Tra le altre cose, riferisce che «de sassariensibus preterea et marchionibus Malespina, excellencie vestre notifico quod ego, iuxta quarumdam vestrarum litterarum tenorem michi super dicto negocio directarum, predictos marchiones et sassarienses visus sum adiuntam obedienciam revocare, et eos in multis tractatibus tenui, sed quia ipsi multa petebant que non videntur iusto iudicio concedenda, ideo cum eis huc usque nichil firmare potui, nichilominus tamen inter me et eos tractatus ad huc pendet, qualiter autem terminabitur magnitudini vestre per dictum meum nuncium declarabo».

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Jaime II*, n. 10.420, caja 85.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 155.

Citato in A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, p. 295 e nota 58.

157

<1326>, gennaio 25, Sassari

Federico, Azzone e Giovanni Malaspina, i rectores di Sassari Aliprandino Palas, Bartolo Catoni, Comita de Via e altri esponenti del Comune di Sassari scrivono al giudice di Arborea Ugone II. Si fa riferimento a un precedente scambio epistolare con lo stesso giudice, successivo all'ambasciata del «discretum virum ser Petrum castellanum Osuli». Malaspina e Sassaresi dichiarano la volontà di sottomettersi alla Corona aragonese.

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Pedro III*, n. 7.382, caja 61.

Rispetto alla datazione cfr. docc. 155-156.

Regesto: L. D'ARIENZO, *Carte Reali Diplomatiche di Pietro IV il Cerimonioso, re d'Aragona, riguardanti l'Italia*, Padova 1970, n. 4-App. 1.

158

<1326>, gennaio 27

Lettera del giudice di Arborea Ugone II all'infante Alfonso sulla

ribellione di Sassari. Tra le altre cose, si apprende che Giovanni Malaspina aveva compiuto una missione a Pisa insieme a Castellino de Campo per chiedere aiuti, ma senza successo.

Citato in A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, pp. 291-292 e note 36 e 38; M.E. CAEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, p. 296.

159

1326, aprile 28, Barcellona

Capitoli di Giacomo II e Alfonso, in risposta a quelli ricevuti dai due "riformatori" Felip de Boyl e Bernat de Boixadors. Riguardo ai Malaspina, si parla dell'invio di truppe nell'Isola che avrebbero dovuto procedere a mettere alle strette i marchesi ed i Sassaresi ribelli ed indurli a tornare all'obbedienza del re.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 342, ff. 309v-312.

160

<1326>

Capitoli inviati a Francesch Daurats e Ramon de Peralta, con i quali il re Giacomo II e l'infante Alfonso ordinano che, riguardo ai Malaspina e ai Sassaresi ribelli, si faccia in modo di trovare il miglior accordo possibile.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 424, ff. 53v, 2°-55. Rispetto alla datazione cfr. doc. 159.

161

<1326>

Berenguer de Jorba riferisce al papa, da parte del re Giacomo II e dell'infante Alfonso, della situazione in Sardegna, accennando alla ribellione ancora in corso dei Malaspina e di Sassari insieme alla maggior parte del Logudoro.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 424, ff. 56, 2°-57.

162

<1326, maggio 20>, Tarragona

L'infante Alfonso conferisce pieni poteri a Ramon de Montpaó per la risoluzione delle trattative di pace con Azzone, Federico e Giovanni Malaspina e i Sassaresi ribelli.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 401, ff. 22, 2^o-22v.

Rispetto alla datazione, il documento fa riferimento alla precedente registrazione.

Nos infans et cetera. De legalitate, fide atque industria vestri dilecti // consilii nostri Raimundi de Montepavone plenarie confidentes, cum presenti carta nostra vobis potestatem et auctoritatem plenariam impertineri, ut nomine et pro parte nostra, cum consilio dilectorum consiliariorum nostrorum Bernardi de Boxados, ammirati dicti domini regis maiorisdomusque nostri, et Philipo de Boyl, regentis officium gubernatoris insule Sardinie, positus cum nobilebus Açone, Frederico atque Iohanne, marchionibus de Malaspina, qui dicto domino regi genitori nostro pro hiis que habent in insula Sardinie contradixerunt, ut regi et domino regni Sardinie et Corsice et nobis pro eo actenus obedire; et cum habitatoribus civitatis nostre Saceri, qui ad falsas suggestiones forsitan aliquorum ad nostris beneplacitis deviarunt, vel cum sindicis eorumdem, de pace et concordia inter nos et eos inhienda et super remitendis eis quibuscumque ofensionibus nobis vel gentibus nostris factis positus tractare et ea firmare, prout inter vos et eos adhibito dictorum consiliariorum nostrorum consilio tractata fuerint et conventa. Nos enim ea omnia et singula que per vos sub prestito modo concessa facta fuerint et firmata grata habere promittimus atque firma eaque ad maiorem cautellam cum carta vel cartis nostris sigillo nostro pendenti muniendis laudabimus, aprobabimus, confirmabimus ac novo eciam si voluerint eciam concedimus, super quibus vel comitimus plenarie vices nostras et in testimonium predictorum hanc cartam sigillo nostro pendenti munitam vobis fieri iussimus atque tradi. Datum Terrachone, die et anno predicto.

Idem.

*163

<ante 1326, maggio 29>

Capitula di Bernat de Boixadors e Felip de Boyl riguardanti i trattati stipulati con i Malaspina e i Sassaresi ribelli.

Citato in doc. 164.

164

1326, maggio 29, Barcellona

Lettera del re Giacomo II a Bernat de Boixadors e Felip de Boyl in risposta ai capitoli da loro inviati, riguardanti: 1) lo scontro tra Ramon de Peralta e Francesch Carròs, 2) le disposizioni impartite dal giudice di Arborea sull'ufficio di "governatore generale dei Sardi dell'isola di Sardegna", da lui stesso ricoperto, 3) i trattati stipulati con i Malaspina e i Sassaresi ribelli.

Il re delega le decisioni in merito al figlio Alfonso, invitando nel frattempo Bernat de Boixadors e Felip de Boyl a procedere secondo le disposizioni contenute nei capitoli consegnati a Gonçalbo Eximenis d'Arenós e Galceran de Ribes, da poco giunti in Sardegna.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 342, f. 312v.

Iacobus et cetera. Dilectis nostris Bernardo de Boxadors, ammirato nostro, et Philippo de Boyl, magistro rationali curie nostre, regenti officium gubernatoris generalis Aragonensium et Cathalanorum insule Sardinie, et cetera. Recepimus noviter capitula que nobis misistis per Romirum de Castant simul cum inquisitione per nos facta super rixa que fuit inter nobiles Raimundum de Peralta et Franciscum Carrocii, et eorum familias, ac quosdam alios, et tenores capitulorum que egregius vir iudex Arboree ordinavit super exercicio officii gubernatoris generalis Sardorum insule Sardinie sibi comissi, et eciam capitulorum in quibus expressi sunt tractatus habiti inter vos et marchiones de Malaspina ac sassaresenses. Quibus plenarie intellectis, scire vos volumus quod quia quando ea recepimus non erat nobiscum inclitus infans Alfonsus, primogenitus noster karissimus, ordinamus intencionem nostram aperire super eis dilecto consiliario nostro Guillelmo de Oulomarii, cui tradimus capitula supradicta ut ipse, qui ad dominum infantem accedit, tradat sibi capitula supradicta et informet eum

de intencione nostra, super eis et extunc memoratus infans vobis scribet qualiter super eis vos debeatis habere. Interim vero in negociis procedatis secundum capitula missa vobis nuper in galea in qua nobilis Gondissalbus Eximini de Arenoso et Galcerandus de Rippis ad partes Sardinie accesserunt. Datum Barchinone, quarto kalendas iunii, anno Domini millesimo CCC XX VI.

Bonanatus de Petra notarius domini infantis Alfonsi, mandato regio facto per Guillelmum Oulomarii consiliarium.

*165

<1326, giugno>

Bernat de Boixadors e Felip de Boyl riferiscono al re Giacomo II delle trattative tra i Malaspina e i Sassaresi, da una parte, e il giudice di Arborea, dall'altra.

Citato in doc. 171.

*166

<1326, giugno>

I Malaspina e i Sassaresi scrivono al giudice di Arborea, dichiarandosi pronti a tornare all'obbedienza del re, chiedendo nel contempo consiglio su come dare forma all'accordo di pace.

Citato in docc. 171-172.

*167

<1326, giugno>

Il giudice di Arborea risponde ai Malaspina e ai Sassaresi, suggerendo loro di inviare una delegazione presso la corte arborense e presso gli ufficiali regi aragonesi per formalizzare l'accordo di pace.

Citato in doc. 171.

168

1326, giugno 10, Sassari

Il consiglio maggiore del Comune di Sassari ed i Malaspina (Azzone e Giovanni) nominano loro procuratori per stipulare l'accordo di pace con i Catalano-Aragonesi Federico Malaspina, Bernardo vescovo di Bisarcio, Pietro vescovo di Ploaghe e Torchitorio Puliche.

Inserto [B] in doc. 175.

In nomine Domini. Amen. Anno eius ab incarnatione, MCCCXXVII^o indiccione nona, die X junii.

Apareat omnibus evidenter quod congregato consilio Maiori terre Sassari, campane sonitu voce, pro comunis more solito sub logia comunis ubi consilia Regi consueverunt, de mandato nobilium et discretorum virorum D. Aliprandini Palas, Bartholi Catonis et Gomiti de Via, honore Rectorum terre Sassari, existentibus in ipso consilio magnificis et potentibus viris Frederico, Azcone et Johanne marchionibus Malaspine, expositum fuit in dicto consilio per dompnum Hantiquistum Paiti, priorem Ancianorum, si placet dictis dominis marchionibus et consilio facere syndicos et procuratores et quos et quanto pro multis arduis et magnis negociis quos dicti domini marchiones et Universitas Sassari facere habent ad presens et specialiter occasione eundi et comparendi nomine et vice predictorum dominorum marchionum et Universitatis predicte, coram nobilibus et potentibus viris D. D. Bernardo de Boxadors, honore ammirato, et D. Philipo Boyl, honore capitaneo generali in Sardinia guerre, ville et castris Bonaeris et tocius regni Callari ac etiam gubernatore cathalanorum et aragonsium pro Ser. D. Alfonso Inf. Ill. D. D. Jacobi. Dei gracia R. Arag. Val. Sar. et Cors., primogenito, eiusque generale procuratore ac comite Urgelli, aut coram quorumcumque alio predicti domini enim Inf. Vicesgerente, in quo quidem consilio per dictos dominos marchiones et totum Maius Consilium nemine discrepante fuit deliberatum quod ad presens fiant et ordinentur quatuor syndici procuratores et nuncii speciales atque ambaxiatores cum tota baylia et potestate dictorum dominorum marchionum et Universitatis predicte.

Idcirco predicti D. Azzo et Johannes, D. Hentiquitus Paiti predictus prior Ancianorum ibidem etiam et presentes Anciani et Consiliarii omnes sicuti ibidem existentes, quorum nomina scrip-

ta sunt in libro consiliorum, omnes de plena et plena concordia nemine discordante, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt nomine et vice dictorum D. marchionum et Universitatis Sassari, Magn. et Pot. virum D. Fredericum marchionem predictum et venerabiles patres et D. D. Bernardum Gisachlensem et D. Petrum Plovascensem episcopos et discretum virum D. Dorgotorium Pulibem presentes et mandatum sponte suscipientes predictorum D. marchionum et cuiusque eorum et omnium dicti consilii ac tocius Universitatis Sassari generales syndicos, procuratores et ambaxiatores ad presentandum se ipsi vel maior pars, eorum nomine et vice predictorum D. marchionum et Universitatis Sassari predictae, coram supradictis nobilibus D. D. Bernardo de Boxadors ammirato et D. Philipo Boyl capitaneo et eorum quolibet aut coram quocumque alio supradicti D. Inf. vices gerente.

Et ad petendum et recipiendum a predictis nobilibus ammirato et capitaneo vel alio vices gerente dicti D. Inf. nomine et vice dictorum D. marchionum et Universitatis predictae, generalem remissionem de offensione commissa, si offensa dici possit, eo modo et forma quam eis videbitur et ad reformationem fidelitatis et devotionis predicti D. Inf. nomine quo supra petenda et recipienda et ad confirmationem privilegiorum supradictorum D. D. Regis et D. Inf., pretendum et recipiendum in hiis articulis et eo modo et forma quibus eis vel maiori parti ipsorum videbitur.

Et ad homagium et fidelitatis sacramentum, ore et manibus faciendum in animas et super animas predictorum D. marchionum et singulorum hominum terre Sassari, et modo et forma quem dictis nobilibus D. D. Bemardo ammirato et D. Philipo capitaneo, vel alio quocumque vicesgerente supradicti D. Inf. placuerit, et dictis sindicis et procuratoribus vel maiori parti ipsorum videbitur.

Et id faciendum, tractandum, procurandum ac recipiendum omnia qua necessaria occurrerint et quod dicti D. marchiones et Universitas Sassari facere possent presentes, existentes et ad promittendum nomine et vice dictorum dominorum marchionum et universitatis Sassari perpetualem obedienciam predictorum D. Regis et D. Inf.

Et ad recipiendum nominibus supradictis, gracias, libertates, franquitates litterasque gratiam et justiciam continentes impetrandum et ad obligandum dictos dominos marchiones, universi-

tatem et homines de Sassari et bona eorum in omnibus et singulis supradictis et emergentibus sive dependentibus ab eis vel quolibet eorum eo modo et forma quibus eis vel maiori parti eorum indubiter et generaliter ad faciendum, procurandum, comprehendendum omnia et singula supradicta et qua circa ea et quolibet eorum necessaria occurrerint.

Ita quod in predictis et circa et dependentibus ab eis vel quolibet eorum dicti syndici et procuratores, liberam habeant administrationem et generale mandatum et etiam si casus esset in qua secundum iura, mandatum exigeretur speciale, ipsi vel maior pars ipsorum, promittentes predicti domini marchiones, prior, anciani et consiliarii terre Sassari nomine et vice totius universitatis et hominum dicti loci habere et tenere, perpetuis temporibus, rata et firma et incorrupta omnia et singula qua per predictos syndicos et procuratores seu ambaxiatores vel maiorem partem ipsorum fuerint gesta, facta, procurata et firmata in promissis et circa promissa et quolibet ipsorum et dependentibus ab eis vel eorum aliquo sub ypothecam et obligacionem bonorum omnium predictorum dominorum marchionum et Comunis seu universitatis Sassari et cuiuslibet persone singularibus habitatorum et habendorum.

Actum Sassari sub logia Comunis in qua consilia reguntur. Philippus, Johannes de Roberto quondam Gantino de Roberto, Gantino de Alexandria, notario, Petro Murtas et Gantino de Marogno presentes ad hoc vocatis et rogatis.

Sig+num. Ego Johannes filius Jacobi marescalci regali, notarius et scribe Curie Sassari hec omnia prout inveni in cartulario consiliorum dicte terre Sassari. Scripto mano Augustini de Nula notarii, scribe Curie predictae, ita fideliter exercissi et in publicam formam reddegi.

169

1326, giugno 11, *Osculo (Lunigiana)*

Azzone e Giovanni Malaspina nominano il loro fratello Federico plenipotenziario per risolvere ogni contenzioso riguardante i diritti su Bosa e le curatorias di Planargia e Costavalle.

Sindicatum marchionum.

In Christi nomine. Amen.

Anno a nativitate eiusdem MCCC°XX° sexto, indiccione IX, die undecima mensis junii.

D. Azzo et Johannes marchiones Malaspine fratres et filii quondam domini Oppetini et quilibet eorum insolide.

Ita quod non sit melior condicio occupantis fecerunt, constituerunt et ordinaverunt D. Fredericum marchionem Malaspine eorum fratrem et filium quondam D. Opetini, ibidem presentem et infrascriptum mandatum sponte suscipientem eorum el cuiuslibet eorum insolide supra actorem, factorem el procuratorem generaliter ad omnia eorum et singula et cuiuslibet eorum negotia gerenda, tractanda et facienda tam videlicet; ad vendendum et alienandum omnia bona eorum et cuiuslibet eorum, castra, burgos, villas, domos, terras cultas et incultas, tam in toto quam in parte ad suam voluntatem, jura et acciones reales et personales, mixtas et ypothecarias, utiles et directas qua et quas habent et eis competunt in Bosa insule Sardinie, et curatoriiis de Costa de Vallos et Planargia et earum et cuiuslibet earum pertinenciis tam in afflictis, decimis, redditibus, perventibus, portibus, vassallis, villanis et servis pro aliis quibuscumque quovis nomine censeantur cuicumque persone, collegio et universitati et quibuscumque voluerit pro alia quecumque bona, castra, jurisdictiones, jura et acciones ut supra, qua et quas habent, tenent et possident in insula Sardinie pro eo precio et preciiis quibus voluerit et ipsum precium et precia de quibus cum emptore seu emptoribus fuerit in concordia recipiendum et confirendum se recepisse, et ad clamandum se pro eis et eorum nomine quietum et sibi solutum de omni eo et toto quod receperit et confessus fuerit recepisse finem et refutationem de ulterius non petendo in perpetuum faciendum quietacionem, liberacionem et absolucionem et alium et alios sibi pro eis et quolibet eorum debitore constituendum et ad recipiendum in gratiam et feudum et juri feudi pro eis et eorum et cuiuslibet eorum nomine terras, villas, burgos, castra, domos, homines, jurisdictiones, jura, acciones et bona quolibet quovis nomine censeantur quam sibi pro eis et quolibet eorum concederentur tam a D. R. Arag. D. Inf. eius filio eiusque officialibus pro aliis quibuscumque dominis, baronibus et personis nobilibus et ignobilibus collegio et universitate tamen videlicet que sunt vel fuerunt eorum et cuiuslibet eorum terre, ville, castra, burgi,

domus, jurisdictiones, homines, jura et actiones et bona quolibet que sunt vel fuerint alterius cuiusque persone; regis, comitis, baronis, hominis, universitatis, populi et ceteris. Et ad jurandum pro eis et eorum nomine et quolibet eorum faciendum, promittendum et prestandum puram et veram fidelitatem, homagium et alia quacumque voluerit et sibi propterea utilia et necessaria videbuntur, prestanda et facienda tam ipsis D. Regi et Inf. sive ipsorum officialibus recipientibus pro eis quam aliis quibuscumque personis quibus voluerit quandocumque voluerit. Et tam videlicet de hiis et pro hiis feudis, terris, villis et castris, burgis, domibus, jurisdictionibus, hominibus, juribus, accionibus et bonis omnibus quos, quas et que nunc habent vel habuerunt in Sardinia ubicumque quamquam de novo concederetur per personam quamlibet quovis nomine, ordine seu dignitate censeatur ad suam omnimodam voluntatem. Et ad treugam et pacem omnimodam, veram, puram et plenam faciendum et promittendum facere et fieri facere et observare cuiusque et quibuscumque personis quovis nomine censeantur quibus et cum quibus voluerit et sibi placuerit et visum fuerit fore necesse finem et remissionem faciendum de omnibus et singulis injuriis et defensionibus tam realibus quam personalibus factis et illatis eis et in eos et adversus eos et quoslibet eorum quocumque modo seu nomine ab hinc vero ad suam liberam voluntatem et ad faciendum et fieri faciendum et recipiendum tam super predictis omnibus et singulis predictorum quam aliis quibuscumque, quacumque publica sollempnia instrumenta solempnesque contractus cuiuscumque generis et condicionis existant et sibi placuerint vallata et vallatos hinc inde per singula capitula instrumentis seu contractus cuiuscumque generis existant quibuscumque provisionibus, pactis, obligationibus, bonorum dicatorum D. Azzonis et Johannis et aliorum omnium quorumcumque ut supra penarum adjeccionibus et renunciacionibus opportunis, ad voluntatem liberam ipsius D. Frederici et in laude sapientium contrahentium cum eo etiam si mandatum exegerint speciale.

Et generaliter omnia et singula vox et cuiuslibet eorum negocia gerenda, tractanda et facienda et quod verus et legitimus et generalis procurator facere debet et potest et sibi utilia et necessaria videbuntur quomodolibet etiam si mandatum exigerent speciale singulariter singula et universaliter et generaliter universa et quod ipsimet facere possent si presentes adessent.

Dantes et concedentes dicti D. Azzo et Johannes et quilibet eorum insolidum ut supra ipsi D. Frederico eorum procuratori in predictis et circa quolibet predictorum plenum, liberum, speciale et generale mandatum cum plena et libera, speciali et generali administracione.

Necnon promittentes dicti D. Açço et Johannes ipsi D. Frederico et mihi Nicholao, notario suscripto, tamquam publice persone stipulanti et recipienti ex officio publico vice et nomine omnium quorum interest vel interesse posset, se firmum et ratum atque gratum sine deformatione qualibet perpetuo habituros totum et quicquid factum fuerit seu gestum per ipsum D. Fredericum eorum procuratorem in predictis et circa quolibet predictorum sub ypotheca et obligacione omnium suorum et cuiuslibet eorum bonorum presentium et venturorum. Ceterum plura instrumenta ex hiis et hoc contractum unius eiusdemque tenoris fieri rogaverunt. (Sig+num).

Actum in burgo terramagnese de Osculo in domo Chiareta de Mulatio Lin. dioc.; presentibus Morrucio quondam domini Iacopucii de Villa, Petro notario filio Gandulfini de Villafranca, et Maxio quondam Nicholay eiusdem loci omnibus Lun. dioc. et allis pluris testibus ad hec rogatis et vocatis (Sig+num).

Et ego Nicholaus quondam Comitibus de Villa Notana notarius et iudex ordinarius, et D. Mandino quondam D. Orlandi de Advocatis de Lucca, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi (Sig+num).

170

1326, giugno 13, Sassari

Aliprandino Palas, Bartolo Catoni, Gomita de Via, Azzone e Giovanni Malaspina scrivono a Bernat de Boixadors e Felip de Boyl, accreditando presso di loro i quattro procuratori nominati per stipulare l'accordo di pace, ovvero Federico Malaspina, Bernardo vescovo di Bisarcio, Pietro vescovo di Ploaghe e Torchitorio Puliche.

Inserto [B] in doc. 175.

Rispetto alla datazione, si noti che Arribas Palau nel regesto a p. 431 data il documento al 14 giugno.

Magnificis et potentibus viris dominis D. Bernardo de Boxadors, honore ammirato, et D. Philipo Boyl, honore capitaneo castris et

Nos Iacobus et cetera. Tenore presentis carte nostre concedimus et auctoritatem et plenam potestatem conferimus vobis Nicholao de Villa, filio quondam Comitis de Villa, de familia nobilis Açonis marchionis de Malespina, rogandi, recipiendi, conficiendi et scribendi seu confici ac scribi faciendi, una cum dilecto nostro Bonanato de Petra, notario incliti infantis Alfonsi, karissimi primogeniti et generalis procuratoris nostri, comitis urgellensis, eius quod sigilla tenente, om[nia] illa publica instrumenta que fieri et et firmari debunt, inter dictum infantem Alfonsum, nomine nostro et suo, ac eciam dictum nobilem Açonem, nomine suo proprio et nomine eciam nobilium Frederici et Iohannis marchionum Malespina, fratrum suorum, videlicet super donacione per dictum infantem, nostro nomine et eiusdem, facienda dictis marchionibus et suis perpetuo in feudum secundum morem Italie de castro de Osolo et burgis eius et curatariis de Montes et de Figolinas et de Coroso et de omnibus aliis que dicti marchiones habent in insula Sardinie sub certis forma et retencionibus, inter dictum infantem, nominibus quibus supra, et ipsos conventis. Et eciam super eo quod dictus Aço, pro se et procuratorio nomine iamdicto, promittet tradere dicto infanti, nomine nostro et ipsius infantis vel certis personis pro ipso, castrum de Osolo predictum, cum suis burgis et fornimentis, sub certa forma inter dictum infantem, nomine nostro et suo, et ipsum tractata et eciam concordata. Et super omnibus aliis in predictis et circa ea opportuniis et per dictum infantem, nominibus quibus supra, et ipsum dictis nominibus agendis vel eciam promittendis. Quibus instrumentis predictis per vos, una cum dicto Bonanato, rogandis, recipiendis, conficiendis et scribendis seu confici aut scribi faciendis, auctori-

tatem impendimus et decretum, ita quod eis in iudicio et extra iudicium fides plenaria habeatur tamque publica manu factis, dum cum subscriptionem vestram cum signo apponatis in eis, qua vos auctoritate nostra notarium confiteamini, et ipsis contractibus interfuisse una cum notario antedicto. Mandantes tenore huius carte universis et singulis officialibus et subditis nostris et dicti incliti infantis aut aliis presentis seriem inscripturis quatenus, instrumentis ipsis per vos simul cum dicto Bonanato, rogandis, recipiendis, conficiendis, scribendis vel confici aut scribi faciendis ut predicatur, adhibeant plenam fidem, tanquam publica manu factis. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde vobis fieri iussimus, nostro sigillo pendenti munitam. Datum Barchinone, VIII idus augusti, anno Domini M CCC XX sexto.

Franciscus de Bastida, mandato regio.

182

1326, agosto 8, Lleida

Lettera dell'infante Alfonso al podestà di Sassari Ramon de Montpaó. Riguardo ai Malaspina, l'Infante comunica di aver concesso loro in feudo il castello di Osilo in cambio del servizio di venti uomini a cavallo sardeschs per tre mesi all'anno. Lo stesso castello sarebbe dovuto essere consegnato a Guerau d'Alós per la durata di un anno o due o più, a discrezione della Corona.

Alfonso ordina di confinare da Sassari alcuni personaggi implicati nelle rivolte, ovvero il vescovo di Ploaghe, Aliprandino Pala, Comita de Via, Pietro de Tola, Arrigueto Payti, Bartolo Catoni, Pietro Pala e Castellino de Campo.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 402, ff. 139v-140.

De nós infant n'Amfós *et cetera*. Al amat conseylar nostre en Raimon de Muntpahó, potestat de Sàsser, *salutem et dileccionem*. Ffem-vos saber que és vengut a nós lo noble Asço, marquès de Malespina, ensemps ab l'amat nostre en Bernat de Boxados, almirayl del senyor rey, al qual havem comenat l'offici de governador del regne de Sardenya e de Còrsega. E hahüda plenera informació de tots los affers, som-nos hahuts ves lo dit marquès e sos fra-

res, més per via de misericòrdia que de rigor, axí que li havem atorgat en feu lo castell d'Osolo e tota la sua terra, a preu de XX hòmens a cavall sardeschs III meses del any. E lo dit marquès ha fet a nós segrament e homenatge que encontinent que sia en Sardenya liurarà a.n Guerau d'Alos, qui se'n va ab ell, lo castell d'Osolo ab lo forniment que.y és d'armes e de vianda, e que.l pugam tenir I any ho II e aytant com a nós plàcia sens negú terme. Ver és que nós li havem promés que si ell ha per mester del gra, de la carn salada ne de la formatgeria qui són el castell, que nós no lexi-riem tret gens, mas que li.n darem atrestanta en Sàsser o en l'Alguer, e d'açò havem scrit als amministradors que.s complescha sens negú dupte. Tots aquests affers vos volem significar per tal que.n siats // enformat et que sapiats que.y havets a fer, e volem e a vós expressament manam que siats cuytat de tot vostre poder, obrar he cuytar lo castell de Sàsser on penga ara tot lo fet, que tost lo sabrà fer. E volem e manam que, si fet no és ja, sien encontinent confinats de Sàsser los devayl scrits, és a ssaber lo bisbe de Pluvage e Alabrandí Palas, Comita de Via, Petro de Tola, Arri-gueto Payti, Barçolo Cató, Petro Pala, Castellino de Campo, cor si aquests stan en Sàsser no poretz res fer adret. Encara volem que sapiats que nós vos havem appellat a nostre servey per tal que ser-vestats a nós e que haiats de nós honor e proffit, mas si continuats ço que havets comensat nos porà axí seguir, cor vos cuydats tenir la manera que fahiets com crets, en sou de gens stranyes de bur-lar e despendre e baratar ço que havets e non havets, e tan tost que official qui és posat a tenir iustícia dessen ultra manera, aquí són les corrupcions, cor necessitat no ha liyg, e ab aytant lo senyor rey no pot ésser per vit, ne veritat ne justícia no pot esser provada, e vós deuriets fer compte que no sots en servey d'om strany mas de vostre senyor natural, a servey del qual vos és maior honor de tenir menys companya e menys messió que fer-ne IIII tants ab senyor strany de quí avant. Per ço, com nós nos som altats de vós, vos volem scriver tot açò clarament en gran senyal d'amor e havem-vos anadits novellament duo-mill sols a vostre salary ab carta que.s entrametem perquè haiats VIII mill sols. E si vós sets saví entendrets nostre castich ara con hi sets attemps. En altre manera fem-vos saber que nós hi provehirem segons que.s cové e d'aquí avant para colpa vostra. *Datum* en Leyda, divendres VIII dies d'agost en l'any de nostre Senyor M CCC XXVI.

Sequitur tenor cuiusdam cedule in predicta littera intercluse.

Depuys que aquesta letra fo feyta pensam que no seria profit que fos enantat en lo fet dels confinats de Sàsser entrò que.n Guerau d'Alos o altre tenga lo castell d'Osolo, e [...^a] lexam-ho tot a la vostra discreció.

^a 3 lettere con segno di abbreviazione superiore

183

1326, agosto 11, Fraga

L'infante Alfonso concede piena autorità e potestà ai notai Nicolao de Villa e Bonanat ça-Pera per la conclusione degli accordi di pace con i Malaspina (cfr. doc. 181).

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, ff. 150-150v.

*184

1326, agosto 12, Fraga

I Malaspina ricevono in feudo il castello di Osilo con le relative pertinenze.

Citato in docc. 215 e 229.

185

<1326>, agosto 12, Fraga

L'infante Alfonso nomina Guerau d'Alos castellano o alcaydus di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, f. 143v, 1°.

Rispetto alla datazione, il documento fa riferimento alla precedente registrazione.

Nos infans et cetera. Confidentes de fide et legalitate vestri Geraldus de Alos comitimus seu comendamus vobis castrum de Osolo,

situm in Logudorio, quod vobis nomine nostro nunc tradere debet nobilis Aço marchio Malespine iuxta pacta inter nos et ipsum nunc noviter firmata, eius iuramento et homagio vallata, ita quod vos sitis castellanus seu alcajdydus dicti castris, et eius custodie provideatis et habeatis pro retinencia dicti castris illam provisionem quam vobis taxabit dilectus consiliarius noster Philipus de Boyl, regens officium gubernatoris generalis Sardinie et Corsice regni. Mandantes per presentem cartam nostram amministratoribus generalibus reddituum et proventuum dicti regni ut provisionem predictam prout per dictum Philipum taxata fuerit vobis tribuant et exsolvant, recipiendo in quamlibet solutionem apocham de soluto. In quorum testimonium et cetera. Datum in loco de Fraga, II idus augusti, anno predicto.

Bonanatus de Petra, mandato domini infantis.

186

1326, agosto 12, Fraga

Lettera dell'infante Alfonso a Pere de Libià, capitano e podestà di Villa di Chiesa, sulla nomina di Guerau d'Alos a castellano di Osilo ecc. (cfr. doc. 182).

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, ff. 138v, 2°-139v.

187

1326, agosto 12, Fraga

Lettera dell'infante Alfonso al giudice di Arborea Ugone II. Tra le altre cose, rende noto di aver concesso in feudo ai Malaspina il castello di Osilo con le curatorias di Montes, Figulinas e Coros, in cambio del servizio di venti cavalieri per tre mesi all'anno. Azzone Malaspina avrebbe dovuto consegnare a Guerau d'Alos lo stesso castello di Osilo, che la Corona avrebbe tenuto a tempo indeterminato per ragioni di sicurezza.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, f. 143.

188

1326, agosto 12, Fraga

Lettera dell'infante Alfonso a Bernat de Boixadors e Felip de Boyl. Riguardo ai Malaspina, l'Infante comunica di aver concesso loro in feudo il castello di Osilo in cambio del servizio di venti uomini a cavallo sardeschs per tre mesi all'anno. Lo stesso castello sarebbe dovuto essere consegnato a Guerau d'Alos per la durata di un anno o due o più, a discrezione della Corona. Azzone Malaspina non avrebbe potuto usufruire del grano, della «carn salada» e della formatgeria conservati nel castello, mentre avrebbe potuto rifornirsene a Sassari o ad Alghero.

Alfonso ordina di confinare da Sassari alcuni personaggi implicati nelle ribellioni, ovvero il vescovo di Ploaghe, Aliprandino Pala, Gomita de Via, Pietro de Tola, Arrigueto Payti, Bartolo Catoni, Pietro Pala e Castellino de Campo¹.

R. CONDE, A.M. ARAGÓ, *Castell de Càller*, doc. III.

[pp. 214-215] «Item, fa saber lo senyor als damunt dits que Aço, marques de Malespina es vengut al senyor Infant ensemps ab en Bernat de Bovados e el senyor Infant es se haut enves ell mes per via de gracia que de rigor, specialment que pogues passar al castell d.Osolo lo qual haut dara gran força al senyor Infant en tot Logodor, e la manera de la avinença es aquesta: que.l senyor Infant ha atorgat a ell e a sos frares en feu lo dit castell d.Osolo e tota l.altra terra lur a servey de .XX. homens a cavall sardeschs .III. meses del any. E lo dit marques liura en continent a.n Guerau d.Alos qui s.en va ab ell lo dit castell d.Osolo que.l tenga lo senyor Infant .I. any o .II. o aytant con a ell placia. E deu lo liurar ab aquell forniment que.y es d.armes e de vianda, mas lo dit miçer Aço diu que ell ha mester lo gra y la carn salada e la formatgeria qui es el castell, e el senyor Infant no ha vulgut que de la dita vianda ischa res del castell, mas ha li promes que aytanta con ell ne haga ops, segons aquella que.y es, li.n fara liurar d.altre en Sasser o en l.Alguer, gens per aço lo liurament del castell no s.en deu lo guiar .I. hora ans tan tost que.l marques, n.en Guerau d.Alos sien a Bonayre, deven partir d.aqui per que.s faça lo liurament del dit castell. E axi fa mester que.l dit marques no.s trop enganat en la paraula del senyor Infant, que li ha promes que de la dita vianda aytanta con vuyla segons aquella qui es en lo dit castell li.n sera

donada d.altre a Sasser o al Alguer. Tot aquest pati fa saber lo senyor Infant a.n Ramon de Muntpahò potestat de Sasser e a.n Pere de Libia qui son en aquelles partides, significan a ells tot aquests affers e sollicitan los de cuytar lo castell qui.s fa en Sasser, e fa.ls saber los noms d.aquells qui deven esser confinats de Sasser, e son aquests: Pero de Cola, Arrigueto de Payti, Barçalo Caco, Petro Pala, Castellino de Campo, los quals no deven romanir en nuyla manera, per que fa mester que les dites letres del senyor Infant les quals van als dits en Ramon de Monpa[ho] e a.n Pere de Libia sobre aquests fets e les quals s.en porta en Pere Plana ab aquests capitols sien tost recaptades e segurament que no venguen a ma de negun.

Item mana lo senyor Infant que en Gerau d.Alos qui estara a Osolo tenga aqui .IIII. cavalls armats e sia li dat sou per aquells, e sien del nombre d.aquells que de necessitat se han a retenir en la yla. Encara que sia donat n.n Daumau d.Avinyo sou a .II. cavalls armats e a.n Bernat Pintor sou a .I. cavall armat, e sien del nombre d.aquells qui de necessitat han a romanir en la yla, e a.n Francesch Vigoros, sou a .I. cavall armat. Datum en Fraga, pridie idus augusti anno domini .M.CCC.XXVI.».

¹ Conde e Aragó omettono nella trascrizione i nomi del vescovo di Ploaghe, di Aliprandino Pala e di Gomita de Via.

189

1326, agosto 15, Lleida

Istruzioni dell'infante Alfonso al maestro razionale Felip de Boyl e agli amministratori Guillem de Riu e Francesc Daurats, sul salario spettante al castellano di Osilo Guerau d'Alos ed ai custodes e sargentés della stessa fortezza.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 402, ff. 143v, 2°-144.

*190

<ante 1326, agosto 25>

Il giudice di Arborea Ugone II informa il re Giacomo II dell'intenzione di Sassaresi e Malaspina di tornare all'obbedienza del sovrano aragonese.

Citato in doc. 191.

191

1326, agosto 25, Barcellona

Lettera del re Giacomo II al giudice di Arborea Ugone II in risposta ad una missiva del giudice sull'intenzione di Sassaresi e Malaspina di tornare all'obbedienza.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 342, f. 392, 1°.

192

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II scrive a Felip de Boyl, reggente l'ufficio di governatore generale del regno di Sardegna e Corsica, sulle trattative con Azzone Malaspina e sulla sua successiva ribellione per cui ne chiede l'incarceramento in Sardegna fino all'adempimento degli accordi stipulati.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 342, ff. 390, 2°-390v.

Citato in J. ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, 3, libro VI, cap. LXIX, p. 252, cap. LXX, pp. 254-255.

Iacobus et cetera. Dilecto magistro rationali curie nostre Philippo de Boyl, regenti officium gubernatoris generalis regni nostri Sardinie, salutem et cetera. Ad nostram pridie accedentem presenciam nobilem Açonem, marchionem de Malespina, benigne recepimus, verba sue propositionis audivimus et intelleximus diligenter. Subsequenter vero ipso per nos una cum dilecto ammirato nostro Bernardo de Boxadors ad inclitum infantem Alfonso, karissimum primogenitum et generalem procuratorem nostrum, comitem urgellensem, transmissio, indeque ad nos regresso fuerunt nobis obstensa pacta inter dictum infantem et

ipsum marchionem inita continencia in effectum, quod tam castrum Osoli quam terras alias, quas ipse et fratres sui in regno Sardinie obtinent teneant in feudum perpetuo sub certo servicio, a nobis et nostris, de quibus iam idem infans illum, auctoritate nostra regia, investivit et homagium ab eo recepit, quodque dictum castrum Osoli debeat tradere, nomine nostro et infantis predicti, dilecto militi nostro Gueraldo de Olosio, tenendum per ipsum potenter absque preffinitione temporis quantumcumque nos et dictus infans voluerimus, restituendum eidem cum de nostra processerit voluntate, prout in ipsis pactis, de quibus dictus Gueraldus vos plenius informabit, latius continetur. Cumque dictus marchio prout coram dicto infante [co]ndictum extiterat, simul cum dicto Gueraldo, in navi Bernardi Ballistarii, civis Barchinone, deberet recto itinere ad regnum ipsum accedere, pro dicto castro tradendo et aliis que promiserat adimplendis, nescimus quo ductus spiritu predictorum pactorum imemore, se in virum alterum transmutavit, asserens primo velle ad partes Italie se transferre. Sane cum gestus denotarent ipsius et verba que interdum seminabat innuerent se velle retrahere a premissis, oblitum homagii quod prestiterat, ut est dictum, nos ex preteritis eius actibus qui nobis et nostro dominio in ipso regno Sardinie non modicum scandalum induxerunt, providum dirigentes intuitum ad futura cum de ipso dubitare merito cogere[mur] eis que possent evenire periculis precauentes, personam ipsius providimus retineri ut adimpleat // que promisit. Quem vobis transmittimus per Gueraldum de Alosio sepeffatum vobis districte, mandantes quatenus marchionem eundem sub firma et sedula teneatis custodia, donec plene iamdicto Gueraldo nomine nostro castrum tradiderit supradictum in custodia vero ipsius volumus curialiter vos habere. Salvo tamen quod non possit evadere quo quo modo, cum vero dictus Gueraldus de Alosio potenter tenuerit dictum castrum ipsum marchionem promittatis abire libere absolutum. Verumtamen si dictus marchio premissa non adimpleverit, ut promisit, significatis hoc nobis et dicto infanti ut super hiis providere possimus ut fuerit opportunum. Volumus autem vos scire litteras nos misisse predictum negocium continentes iudici Arboree, Raymundo de Monte Pavone, Petro de Libiano et universitati Sassari per Petrum Plana porterium dicti infantis, expedit enim, ut ipsi quam citius celtitudinem habeant de premissis, ut non intrentur de predicto eventu qui in grandem dicti marchionis cul-

pam accidit ut superius enarratur. Datum Barchinone, quinto kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC XX sexto.

Domenicus de Bis, mandato regio facto per Guillelmum Oulomarii consiliarium.

193

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II informa gli anziani della città di Sassari delle cose di cui al doc. 192.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, ff. 390v-391.

194

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II informa il podestà di Sassari, Ramon de Montpaó, e quello di Villa di Chiesa, Pere de Libià, delle cose di cui al doc. 192.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, ff. 391-391v.
Citato in J. ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, 3, libro VI, cap. LXIX, p. 252 e cap. LXX, pp. 254-255.

*195

<1326, agosto 28, Barcellona>

Il re Giacomo II informa il giudice di Arborea delle cose di cui al doc. 192.

Citato in doc. 192.

196

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II informa Federico e Giovanni Malaspina delle cose di cui ai docc. 185 e 192.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, f. 391v, 2°.

197

1326, agosto 31, Barcellona

Il re Giacomo II scrive a Felip de Boyl sulla questione di Azzone Malaspina. Il sovrano ordina di procedere contro Sassari se questa avesse tentato una qualche ribellione contro l'arresto del marchese, provvedendo eventualmente anche alla cattura dei familiares del Malaspina in Sardegna, stimati nel numero di undici.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 342, f. 393, 1°.

Iacobus et cetera. Dilecto magistro rationali curie nostre Philippo de Boyl, regenti officium gubernatoris generalis regni nostri Sardinie, salutem et dilectionem. Per alia litteram nostram vobis latius scribimus informantes vobis causam ob quam nobilem Açonem marchionem de Malespina, qui ad has partes venerat, retineri iussimus et ad vos sub custodia ordinavimus transmittendum, ut quod per eum nobis et inclito infanti Alfonso, karissimo primogenito et generali procuratori nostro, comiti urgellensis, conventum et premissum est super castro [...] effectualiter compleatur, prout in dicta littera nostra quam vobis Gueraldus de Alosio, lator presencium, exhibebit videbitis latius contineri. Sane in eo preposito profiscentes volumus vobisque dicimus et mandamus quatenus in dicto negocio vos habeatis iuxta dicte nostre littere seriem et tenorem. Et nichilominus si forte, quod non credimus, universitas civitatis Sassari, prestita dicta retencione predicti marchionis, eam occasionem rebellionem aliquam imeterint vel contra nostrum dominium novitatem facere temptaverint, vos in hoc casum nedum ad retinendum captum dictum marchionem, verum eciam ad capiendum illos de familia sua qui cum eo ad partes Sardinie accedunt, quos audivimus esse undecim numero, protinus procedatis, ipsosque omnes captos et bene custoditos teneatis donec nos et inclitus infans Alfonsus predictus inde certificant vobis super eo aliud dederimus in mandatis. Datum Barchinone, pridie kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC XX sexto.

Bernardus de Aversone, mandato regio.

*198

<1326, settembre 16, Castell de Càller>

Azzone Malaspina scrive ai fratelli Federico e Giovanni delle vicende che avevano portato al suo arresto ed alla sua detenzione nelle carceri cagliaritanee.

Citato in doc. 200.

*199

1326, settembre 17, Castell de Càller

Azzone Malaspina scrive ai fratelli Federico e Giovanni, chiedendo loro di consegnare il castello di Osilo a Guerau d'Alos.

Citato in doc. 203.

200

<1326>, settembre 17, Osilo

Federico e Giovanni Malaspina scrivono al re Giacomo II, in risposta a delle missive regie (cfr. doc. 196) relative alla consegna del castello di Osilo a Guerau d'Alos e alle trame di Azzone dopo l'ambasciata in Catalogna cui era seguito l'arresto del marchese. Federico e Giovanni Malaspina riferiscono di aver ricevuto delle lettere di Azzone da un suo nunzio un giorno prima che venissero recapitate loro le lettere suddette del sovrano e, appresa la vicenda, i due marchesi si erano precipitati a Sassari presso il podestà col proposito di adempiere a quanto promesso da Azzone in Catalogna. Tuttavia i due marchesi non erano riusciti a conferire con il podestà, che li incontrò successivamente ad Osilo consegnando loro le predette missive regie. Federico e Giovanni Malaspina si erano dichiarati pronti a consegnarsi prigionieri fino a che non fosse stato rispettato quanto promesso da Azzone, ribadendo la totale fedeltà alla Corona aragonese.

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Jaime II*, n. 4.112, caja 33.

Nel verso: «Serenissimo domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Sardenie et Corsice, comitique Barchenone ac Sante Romane Ecclesie vexillario, admirato et capitaneo generali».

Rispetto alla datazione cfr. doc. 196.

Serenissimo eorum domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Sardenie et Corsice, comitique Barchenone ac Sante Romane Ecclesie vexillario, admirato et capitaneo generali. Fredericus et Iohannes, marchiones de Malaspina, se ipsos ad pedes cum omni reverentia et subiectione tan debita quam devota. Vestre regie magestatis recepimus literas reverenter ut decuit, die martis sextodecimo mensis setenbris, quibus inter cetera continetur videlicet quod facta fuit investitura vestre autoritatis potentie Aççoni fratri nostro per inclitum dominum nostrum dominum infantem Alfonso, vestrum primogenitum, atque generalem procuratorem et Urgelli comitem, tan de castro Osuli quam de terris aliis quas ipse et nos obtinemus in regno Sardenie. Et facta investitura, homagium recepit ab eo, tenendo dictos castrum et terras in feudum perpetuo, sub certo servicio, a vobis et vestris, cum promiscionibus et pactis per dictum Aççonem factis de dando et tradendo vestro nomine et domini infantis predicti, dilecto vestro militi Gerardo de Aloxio castrum Osuli supradictum, tenendum per eum tam libere quam potenter, absque temporis prefnitione quandocumque vos et dominus infans predictus volueritis restituendum eidem, cum de vestra processerit voluntate, prout in pactis inatis plenius dignoscitur contineri. Et quia dominus Açço prout coram dicto domino infante conditum extiterat, simul cum dicto Gerardo, in navi Bernardi Balistrarii, civis Barchenone, debebat recto itinere ad regnum Sardenie accedere, pro dicto castro tradendo et aliis que promiserat adinplendis et qua de causa nescivistis inductus, suum ad dictum regnum continuum denegavit accessum, adserens primo velle ad partes Italie se conftere. Sane quia in hoc a pactis que inuerat deviabat, vos ad hoc ut dictus Açço que promisserat adinpleret, curiali et decenti societate, vestra duxerat dominacio comictendi, cum qua pro adinplendis promissis per eum ad regnum se transferat supradictum, et iusta pacta et homagium ab eo prestitum, tradito dicto castro suprascripto Gerardo vestro nomine recipienti et domini infantis predicti, ipso Azo libere plena libertate fruatur. Et quia nulla alia causa vel ratio vos induxerat ad faciendum predicta quam superius declarata, cuius culpa hoc sibi evenit qua superius est descriptum, et illud de magna ratione facere poteratis ut idem Açço que promiserat et proprio homagio roboraverat observaret. Quare cum dominationi vestre^a nobis placuerit significare predicta licet indignis a tanto domino quanto estis scribi

nobis vestris fidelibus minimis et subditis sicut sumus ad hoc ut premissa nullam admirationis materiam nos inducant. Sic vobis cum subiectiva et humili reverentia respondemus cum simus sine dubio certi quod culpa Azzo venerit quod accessit eidem et quod nunquam casu aliquo a curis tramite deviasitis non possimus de pie dictis aliqua admiratione moveri, imo sumus omni admiratione remoti. Et quia dictus Azzo nobis nuncium proprium cum suis literis destinavit significando predicta de una die antea quam nobis litere vestre magnificentie fuerint presentate, deliberavimus, ipsis visis, incontinenti ire Sasserum ad dominum potestatem et eidem nos et nostra offerre tanquam persone que vestram dominationem in dicta terra Sasserii representat, intendentes observare et adimplere cum effectu omnia et singula per dictum Azonem promissa. Sed propter eventum cuiusdam nuncii de terra firma nobis destinati, qui eciam noster nuncius fuit pluribus domibus hospitatus cum vestro mazerio noviter ad partes Sardenie destinati, fuimus aliquantulum impediti, ita quod ora ordinata non potuimus accedere. Sed dominus potestas predictus, quia ad eius manus ante quam ad nostras nostre litere^b a vestra magnificentia nobis misse, vel causa alia sua curialitate, venit prope Osulum et ibi simul cum eo choloquium habuimus et fuerunt nobis litere vestre magnificentie presentate, quas reverenter recepimus iure debito leto vultu. Et dicto domino potestati obtulimus unus nostrum vel anbo sponte et libere si sibi placeret suis propriis recludi carceribus agenti et recipienti pro vobis quoad foret omnia et singula observata et adimpleta per Azonem promissa, quia ut promissit est nostra intencio infallabiliter observare. Intendentes puro corde et animo dum vivemus esse vestros et vestrorum fideles et irrevocabiliter perpetuos servitores, senper nos vestris pedibus comendamus et supplicamus ceu possimus reverenter quatenus vestris officialibus de Sardenia nos et nostra recomandare vellitis, ita quod nostra iura conserventur illesa. Nosque ad ea manutenenda choadiuvemur ab eis parati semper ad omnia vestra et domini infantis beneplacita mandatorum.

Datum in castro Osuli, die XVII setembris.

^a in *sopralinea* ^b in *sopralinea*

201

<1326>, settembre 22

Lettera del giudice di Arborea Ugone II al re Giacomo II, in risposta ad alcune missive regie dello scorso 28 agosto (cfr. docc. 192 e 196), recapite al giudice il 13 settembre dal porter Pere Plana. Tra le altre cose, riferisce dell'ostilità dei Malaspina e degli sforzi da lui compiuti per ricomporre il contrasto con i marchesi, esprimendo la propria valutazione sulla vicenda di Azzone Malaspina.

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Cartas Reales Jaime II*, n. 4.113, caja 33.

Rispetto alla datazione cfr. docc. 192 e 196.

«Licet egregii viri domini marchiones Malaspina statum regni vestri Sardinee et vestram bonam intencionem turbaverint et me in hoc multum offenderint. Nichilominus tamen ego, summe desiderans in dicto vestro regno Sardinee unitatem, ut esset unum ovile et unus pastor, omnibus dicti regni vestre potencie subiugatis, quantum potui eis inducere studui et induxi, ut vestre se submitterent gracie et ad vestram obedienciam properarent^a. Et tandem per eos provida deliberacione proviso quod unus ex eis ad presenciam vestram accederet, et intellecto quod dominum Açonem, unum ex marchionibus antedictis qui se vestre maiestatis conspectui presentavit, benigne clemencia vestra receperit et graciam fecerit copiosam, multum meus animus est gaiusus^b, quam apud vos sicut eis obtuleram misericordiam et graciam non meritam inveneret^c, sed multum mens mea turbacionem recepit, quia predictus dominus Aço, non recognoscens graciam sibi factam, in predictam graciam ingratitude maculam ponere voluit et se a promissis callide subtrahere voluntate mutata, ut vestre serenitatis dota prudencia, ex suis verbis et operibus comprehendit. Propter quod nec ego nec alii de processu habito contra eum debemus aliquatenus admirari, cum suis exigentibus meritis, processus huiusmodi habitus sit et factus, sed debemus maiestatis vestre providenciam dignis laudibus // in Domino comendare, quam facta pretenta cautioem esse premonete in futurum. Verumtamen predicto domino marchioni vehementer compatior, qui ad tantum defectum venire consensit, quod vestre maiestatis clemenciam quam piam et benigna^d invenerat, contra se potuerit comovere, et in fidelitatem prestitam infidelitatis maculam pone-

re. Quicquid tamen ipse fecerit, vel facere voluerit, videtur michi quod per serenitatem vestram sit suficiente provisum, ut etsi non virtutis amore, pene saltem formidine adimpleat quod promisit, ut dictum vestrum regnum pace desiderata fruatur et vestra serenitas in ipsius pacis dulcedine delectetur.»

^a così nel testo ^b così nel testo ^c così nel testo ^d così nel testo

202

<1326>, settembre 27, Sassari

Ramon de Montpaó comunica al re d'Aragona che i Malaspina hanno consegnato il castello di Osilo a Guerau d'Alos.

Citato in M.E. CAEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, pp. 299-300 e nota 160.

203

<1326>, ottobre 6, Castell de Càller

Azzone Malaspina scrive dal carcere al re Giacomo II, spiegando le proprie ragioni e ripercorrendo la vicenda che da Barcellona l'aveva portato alle galere di Cagliari lo scorso 16 settembre, nonostante avesse dato disposizioni ai fratelli sulla consegna del castello di Osilo a Guerau d'Alos e ne fosse stato messo al corrente anche il podestà di Sassari Ramon de Montpaó. Azzone accusa l'Alos di non aver volutamente dato notizia della cessione del castello (avvenuta il 28 settembre), incolpandolo inoltre di vessazioni indebite nei confronti degli abitanti di Osilo, per cui ne chiede l'immediata rimozione dall'incarico e la sostituzione da parte del sovrano.

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Jaime II*, n. 12.796, caja 103.

Nel *verso*: «Serenissimo domino domino Iacobo, Dei gracia Aragonum, Valencie, Sardenie et Corsice dignissimo regi comitique Barchenone ac honorabili armirato et vexillario sancte matris Ecclesie.

Azonis marchionis Malespine ess[...] [...]a».

Rispetto alla datazione, il documento è datato anche "lunedì", coincidente con lunedì 6 ottobre 1326.

Citato in M.E. CAEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, pp. 299-300 e nota 160.

Serenissimo domino domino suo Iacobo, Dei gracia Aragonum, Valencie, Sardenie et Corsice, dignissimo regi, comitique Barchenone ac armirato et vexillario sancte matris Ecclesie. Suus Açço, marchio Malaspine, subditorum licet minimus omni cordis devocatione subiectus omnique subiectione devotus, reverenciam tam debitam quam devotam, cum recomendatione propria se ad pedes. Ab irrogatis michi iniuris et offensis provocatus trahor ad loquendum postquam ab vobis discesi de Barchenona ex quibus si doleri cogor ab re vestra veneranda maiestas ullatenus non miretur nec erga me^a propterea valeat perturbari utpothe qui vestram maiestatem^b colebam in çelo pure fidei et devotionis semperque colui et ab hiis Deo duce perpetuo desistere non intendo. Audiat sane et intelligat vestra dominatio supradicta quod veniendo super navi super qua me vobis placuit destinare Gerardus de Aloxio, cui pro parte vestra per certos fui in custodiam detrudatus, me verbis aridis indebite asperavit. Que hic scribere non intendo, sed ea credo ad vestrum auditum per alios pervenire. Deinde cun fui in Bonayre me duxit ad Castellum Callari ad Phylippum Buyli capitaneum in Sardenia vestri nomine et ibi ferit me personaliter detineri a die martis XVI mensis septembris proxime preteriti usque in diem presentem VI octubris, absque nostri culpa, quia die mercurii XVII dicti mensis septembris, volens promissa fideliter adimplere, ut vobis dixi, fratribus meis scripsi quod castrum Osuli eidem Gerardo pro vobis recipienti potenter deliberarent. Qui mecum in eodem proposito persistentes dictum castrum ut supra recipienti plenarie liberarunt, et ex toto dederunt, iuxta promissa per me, die dominico XXVIII dicti mensis septembris, mox cum litteras habuerunt, prout fratres mei et dominus Raymondus de Monte Pavone, potestas Sasserri, dicto capitaneo descripserunt legitime per Martinum maçerium vestrum. Et ipse Gerardus de Aloxio nundum scripsit aliquod, quod habuerit dictum castrum. Sic quod ad huc detineor in castello in dampnum mei et negociorum meorum de Tuscia non modicum et iacturam. Eciam a principio quo attingimus in Bonayre usque in diem presentem fecit meum notarium personaliter detineri et actionibus de castello carceribus detrudari et ad huc detinetur ut ego, ex quo pro dolo quam de me quia

me sciebam usque Barchenonam fore detentum, sed de eo nulla detentionis tunc necnon facta facta fuit nullaque detentionis causa de ipso notario precedente vel postea subsequente. Que omnia vestram venerandam dominationem cupio non latere et que qualiter conveniant vestram sapienciam credimus non ignotam, certi certiores presentibus vos tenentes quod michi et fratribus meis non possent aliqua contingere vel inferri, que intencionem et constanciam nostram quam ad decus et statum felicem vestre maiestatis in celo pure fidei et devoctionis continue gessimus et gerere intendimus in futurum possent aliququaliter alterare, licet quando pat[...c] doleamus, sed Deus, omnium bonorum conditor et largitor, vestram personam conservet in sanitate longeva, gaudio et honore vobisque gratiam concedere dignetur, quod honorius et honorifice et eis recipiant ab vobis discedantque, atque gracias uberiores recipiant alii vestri fideles qui adeo fideliter et devote ut accessi venerint vos visuros, quam ego in recessu meo receperim et potuerim contentari. Neominus, relaxato igitur inde quod erit quando Deo placuerit et Gerardo de Aloxio, intendo ire cum fratribus meis ad dominum ducham in Tusciam pro ipsorum fratrum meorum et meis negociis explicandis, serenitatem regiam devoto animo et fideli suppliciter exoro quatinus de me et fratribus veram et solidam oppinionem concipiens dignetur nos suos sic devotos et humiles habere de speciali gracia et munere commendatos. Et nobis vestris confidentius iniuncturi quecumque tam cum ipso domino duccha in Tuscia quam alibi ubicumque cupitis nos fratres facturos paratis, ut pro domino pro posse ad queque genera mandatorum de nobis fratribus volentibus omnino ut fides adhybeat veracibus et vaniloquacibus sicut decet, adpud graves non aliter in omnibus confidentes, quam de illis quorum vobis ad placitum et alcior et certior experientia inotescit. Mandantes si placet etiam vestris officialibus de Sardenia presentibus et futuris ut nos nostrosque homines atque iura debeant habere de speciali gracia favorabiliter commendatos. Et antea ille Gerardus iam incept nostris hominibus de Osulo indebite et contra promissa pacta facere novitates, quid longiori tempore faceret cogitetis. Supplicamur cum omni reverencia pro fratribus nostris et nobis quatinus vobis placeat ipsum Gerardum de Aloxio de castellanatus predicti officii remove et alium vestrum nobilem fidelem quecumque [volue]ritis, catelanum vel aragonensem, in dicto loco constituere loco vestri,

quod si feceritis nos fratres habebimus valde gratum. Scripta in detempione predicta in Castello Calleri, die lunis VI octubris.

^a in soprilinea ^b in soprilinea ^c 3 lettere circa

204

1326, ottobre 17, Saragozza

Permuta della concessione precedentemente effettuata in favore di Arnau Masqual (cfr. doc. 137), essendo i Malaspina tornati all'obbedienza nei confronti della Corona aragonese.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 402, ff. 183v, 2°-185v.

Citato in doc. 241.

205

1326, ottobre 17, Saragozza

L'infante Alfonso informa Bernat de Boixadors, Guillem de Riu e Francesc Daurats della permuta della concessione precedentemente effettuata in favore di Arnau Masqual (cfr. doc. 204).

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 402, f. 186.

206

<1327>, gennaio [...], Teruel

Lettera dell'infante Alfonso al podestà di Sassari Ramon de Montpaó riguardo alla restituzione dei cavalli rubati ai catalani dai Malaspina durante le passate ribellioni.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 402, f. 226, 2°.

Rispetto alla datazione, il documento fa riferimento alla precedente registrazione.

Infans et cetera. Dilecto consiliario nostro Raymundo de Montepavone, potestati civitatis nostre Sassari et cetera. Pro parte universitatis civitatis predictae fuit nobis humiliter supplicatum quod

equi cathalanorum, quos tempore infelicis excessus in dicta civitate comissi contra eosdem, nobiles marchiones de Malaspina habuerunt, eisdem cathalanis restituantur per dictos nobiles marchiones, ne universitas dicte civitatis onus restitutionis dictorum equorum quos dicti marchiones habuerunt indebite supportare. Quampropter, ipsa supplicacione admissa, concedimus et mandamus quatenus ipsos marchiones et quemlibet eorum si inveneritis ipsos de dictis equis habuisse ad restituendum illos dictis cathalanis vel aragonensibus quorum fuerunt fortiter compellatis, nisi tamen predicti marchiones vel aliquis eorum probaverint predictos equos sibi per aliquos singulares de Sasso fuisse datos. Quo probato et vobis plene de hiis constito, compellatis illos quos vobis constiterit predictos equos eis dedisse ad restituendum predictos equos vel eorum precium illis quorum fuerint ipsi equi, procedendo in hiis breviter summarie et de plano, maliciis et difugiis quibuslibet pretermisissis. Datum Turolii, [...]^a, [nonas] ianuarii, anno predicto.

Bonanatus de Petra, mandato domini infantis.

^a 3 lettere circa

*207

<ante 1327, gennaio 6>

Azzone Malaspina scrive all'infante Alfonso, lamentando la condotta del castellano di Osilo Guerau d'Alos del quale chiede la destituzione.

Citato in doc. 209.

*208

<ante 1327, gennaio 6>

Federico e Giovanni Malaspina scrivono all'infante Alfonso, lamentando la condotta del castellano di Osilo Guerau d'Alos del quale chiedono la destituzione.

Citato in doc. 210

209

1327, gennaio 6, Teruel

L'infante Alfonso risponde a una lettera di Azzone Malaspina, il quale si era lamentato delle malefatte del castellano di Osilo Guerau d'Alos, di cui sollecitava la destituzione. Alfonso promette di far indagare in merito i propri ufficiali al fine di ristabilire la giustizia.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, ff. 229, 3^o-229v.

Infans et cetera. Nobili et dilecto Açoni, marchioni Malespine, salutem et dileccionem. Recepimus litteram vestram in qua nobis significastis que vobis contiguerunt postquam recessistis a nobis, quibus plenarie intelletis, significamus vobis quod ea que in dicta vestra littera exprimunt ignorabamus omnino, preterea bene credimus quod dictus dominus genitor noster mature processit super predictis more solito et consulte causa racionabili procedente. Porro si aliqua indebita ac inhonesta per Gueraldum de Alosio vel alium vobis facta fuerunt displicet nobis multum, nec dubitamus eciam dicto domino regi assimili displicere. Quantum vero ad ea que petitis quod ipsum Gueraldum removeremus a custodia castri de Osolo de alio inibi providendo, sane ius volumus quod non consuevit curia regia remove aliquem custodem seu alcaydum castri, vel aliumquemvis officialem, nisi ex causa racionabili et culpa manifesta ipsius officialis previa. Verumtamen si prefatus Gueraldus excessit contra vos indebite vel iniuste significetis hoc nobis, et si inde culpabilis fuerit ipsum debite puniemus. Insuper scripsimus gubernatori // generali Sardinie et Corsice regni, necnon potestati Sassari, ceterisque officialibus dicti domini regis et nostris insule Sardinie quod vos homines et bona vestra favorabiliter prosequantur, sicut nobis placere cupiunt et servire. Datum Turolii, VIII idus ianuarii, anno Domini M CCC XXVI.

Bonanatus de Petra, mandato domini infantis.

210

<1327>, gennaio 6, Teruel

Lettera dell'infante Alfonso sull'argomento di cui al doc. 209 a Fede-

rico e Giovanni Malaspina, i quali si erano lamentati tramite Dalmau d'Avinyó.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 402, f. 229v, 2°.

Rispetto alla datazione, il documento fa riferimento alla precedente registrazione.

Infans et cetera. Nobilibus et dilectis Frederico et Iohanni, marchionibus Malespine, salutem et cetera. Recepta littera vestra quam nobis presentavit dilectus noster Dalmacius de Avinione et tam contentis in ipsa littera quam hiis que idem Dalmacius nobis pro parte una, ex credencia sibi in dicta littera comissa, oretenus explicavit plenarie intellectis, vobis significamus quod super eisdem recepimus litteram a nobili et dilecto Açone marchione de Malaspina, fratre vestro, cui scribendum duximus seriose, ut in littera quam sibi dirigimus latius videre poteritis contineri, super quibus eciam credere velitis dicto Dalmacio super contentis in ipsa littera et aliis que super eis pro parte nostra vobis duxerit exponenda. Datum Turolii VIII, idus ianuarii, anno predicto.

Idem^a.

^a *nel documento precedente* Bonanatus de Petra, mandato domini infantis

211

1327, gennaio 25, Miedes (Calatayud)

L'infante Alfonso assegna il castello di Osilo a Bort de Montpalau, secondo il «mos Yspanie», dotandolo di uno stipendio di due cavalli armati e di una guarnigione di trenta serventes.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 402, ff. 237, 2°-237v.

Nos infans et cetera. Confidentes de fide et legalitate vestri dilecti nostri Burdi de Montepalacio comittimus sive comendamus vobis castrum nostrum de Osolo, situatum in Lugudoru, insula Sardinie, tenendum et custodiendum per nos bene, fideliter et legaliter ad consuetudinem Yspanie, dum de nostra processerit

voluntate, ita quod vos sitis nobis castellanus ipsius castri ac teneatis et custodiatis pro nobis illud bene fideliter et legaliter ad consuetudinem Yspanie^a, ut est dictum. Et habeatis ac recipiatis pro custodia dicti castri quamdiu ipsum tenueritis stipendium duorum equorum armatorum, vobis causa tenente eosdem sufficientes et decenter paratos [...^b] eciam anno quolibet pro retinencia et custodia castri eiusdem quamdiu ipsum, ut premittitur, tenueritis, id quod per gubernatorem Sardinie generalem fuerit ordinatum. Et nichilominus volumus quod in dicto castro sint continue pro ipsius custodia triginta pedites sive servientes, quibus ultra retinenciam et stipendium vestri provideatur per amministratores nostros Sardinie, vel camerlengum Sasserii, non obstante per omnes dicti^c triginta pedites vel servientes nequam non sint custodie dicti castri. Cum hoc de certa sciencia duxerimus providendum mandantes per presentem eidem gubernatori Sardinie ac universis et singulis in dicto castro et eius burgo habitantibus et habitaturis, necnon quibuscumque officialibus dicti domini regis et nostris in dicta insula constitutis, presentibus et [f]uturis, quod vos dictum Burdum de Montepalacio pro castellano dicti castri habeant et teneant ac vobis pareant, rensondeant et obediant in omnibus et singulis ad castellaniam ipsam spectantibus et spectante debentibus [...^d] quoquo modo, necnon dictis amministrato-ribus Sardinie et camerlengo Sasserii [...^e] vobis dicto Burdo, dum dictum castrum de nostro tenueritis, beneplacito respondeant infallibiliter de stipendio dictorum duorum equorum armatorum et retinenciam que per dictum gubernatorem vobis fu[...^f]t taxa-ta, et eciam ultra hec provideant dominus trigin- // ta serventibus in eo quod cum eis potuerunt concordare. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram vobis inde fieri iussimus, nostro pendenti sigillo munitam. Datum in loco de Miedes, aldea Calataiubii, VIII kalendas februarii, anno Domini M CCC XX VI.

Bonanatus de Petra, mandato domini infantis.

^a dum de nostra... ad consuetudinem Yspanie *in sopralinea* ^b 4 lettere circa con segno di abbreviazione superiore ^c in sopralinea ^d 3 lettere circa ^e 3 lettere circa ^f 4 lettere circa

212

1327, gennaio 28, Daroca

L'infante Alfonso informa il castellano di Osilo Guerau d'Alos della nomina di Bort de Montpalau.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 402, f. 238, 2°.

213

1327, gennaio 28, Daroca

L'infante Alfonso informa il governatore del regno di Sardegna Bernat de Boixadors della nomina di Bort de Montpalau a castellano di Osilo. Il governatore viene invitato a far rispettare le disposizioni regie e ad intervenire nel caso che Guerau d'Alos avesse frapposto ostacoli al passaggio di consegne.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 402, ff. 238, 3°-238v.

214

1327, gennaio 31, Daroca

L'infante Alfonso informa l'arcivescovo di Arborea dei poteri speciali conferiti a Bernat de Boixadors. «Similes fuerunt misse», tra gli altri, anche a Federico, Azzone e Giovanni Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 403, ff. 1-1v.

215

1327, febbraio 3, Daroca

L'infante Alfonso conferma a Federico, Azzone e Giovanni Malaspina l'infuedazione del 12 agosto 1326 (castello di Osilo, curatorias di Montes, Figulinas e Coros, porti di Freçana e di Sancta Feletiga), revocando tutte le concessioni di villaggi e terre dei marchesi effettuate in seguito alle ribellioni.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 403, ff. 17v, 2°-18.

Nos infans et cetera. Ad memoriam reducentes nos dedisse et concessisse pura et irrevocabili donacione inter vivos vobis egre-

giis viris Frederico, Açoni et Iohanni, marchionibus Malespine, fratribus, et vestris heredibus et successoribus masculis et feminis de uno in alium successive imperpetum, in feudum secundum morem Ytalie, sub certis modis, formis, pactis, condicionibus, et retencionibus, castrum de Osulo, cum burgis ipsius, necnon curatarias de Montes et de Figulinas et de Corisa, cum omnibus villis, locis, et casalibus populatis vel dispopulatis, in dictis curatoriis situatis, vel existentibus, et cum omnibus terminis et pertinentiis et confinibus castri, burgorum, curatariarum, villarum, locorum et casalium predictarum, et cum montibus, silvis, boschis, saltibus, et planis cultis, plantatis, et heremis, pratis, pascuis, venacionibus, piscacionibus, aquis et aqueductibus, molendinis ibi constructis et construhendis, et cum portubus de Freçana et de Sancta Feletiga et universis iuribus eorumdem, necnon cum hominibus et feminis et cum servis et ancillis cuiuscumque condicionis existant, et cum omnibus redditibus, proventibus, maquiciis, statera, affitibus, tributis, daciis, collectis, decimis, censibus, petitis, postis, pascaticis, passagiis, maxellacionibus et aliis iuribus universis, necnon cum mero et mixto imperio, et alia omni iurisdiccione alta et baxa civili et criminali districtu // et cohartacione quacumque, prout melius, plenius et largius vos dicti marchiones et predecessores vestri ea omnia et singula habuistis, tenuistis et possedistis, eisque usi fuistis hucusque modo aliqua sive causa, prout hec et alia largius et plenius continentur in instrumento ipsius donacionis et concessionis inde confecto in Castro de Fraga, sito in Cathalonia, auctoritate Bonanati de Petra notarii nostri sigillaque nostra tenentis, ac notarii per totam terram et dominationem dicti domini regis, et auctoritate Nicholay quondam Comitis de Villa notarii, auctoritate nostra ad hoc creati, die martis intitulata pridie idus augusti, anno subscripto, quod volumus in suo robore permanere. Et volentes omnes alias et singulas donaciones et concessionones per nos aliquibus aliis quibuscumque personis factas de locis, bonis et iuribus supra specificatis vobis dictis marchionibus per nos datis, concessis carere omnino viribus et effectum. Idcirco, habito super hiis consilio et tractatu et deliberacione plenaria ex certa sciencia, nomine dicti domini regis, et nostro, tenore presentis carte nostre perpetuo valiture, revocamus, annullamus et cassamus expresse omnes alias et singulas donaciones et concessionones per nos alicui sive aliquibus factas de dictis castro, burgis, villis et iuribus

eorundem et omnibus et singulis supradictis, seu aliquibus eorum vobis dictis marchionibus per nos datis et concessis in feudum, ut in instrumento predicto de hiis confecto plenius et expressius denotatur. Sic quod omnia et singula instrumenta donacionum et concessionum per nos alicui seu aliquibus aliis quibuscumque personis quibusvis facta de predictis seu aliquibus ex predictis decetero careant omnino roboris firmitate, ita quod pretextu ipsorum aliqui alii quam vos dicti marchiones in predictis vel eorum aliquibus minime admittantur, immo donaciones et concessionem siquas habent de predictis seu aliquibus predictarum tanquam nulle nulliusque valoris omnino frustentur, donacione et concessione per nos vobis dictis marchionibus factis in suo robore permanentibus, ut est dictum. Mandantes per presentem cartam nostram gubernatori generali insule Sardinie, potestati Sasserii et capitaneo Lugudorii, ceterisque officialibus regiis atque nostris in dicta insula, quod presentis et futuris predictam revocationem nostram firmam habeant, teneant et observent et non contraveniant, nec aliquem contravenire aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem cartam vobis inde fieri iussimus, nostro pendenti sigillo munitam. Datum Daroce, tercio nonas februarii, anno Domini M CCC XXVI.

Guillelmus de Villa, mandato domini infantis facto per Guillelmum Oulomarii.

216

1327, luglio 8, Morella

L'infante Alfonso informa l'arcivescovo di Arborea dei poteri speciali conferiti a Bernat de Boixadors. «Similes fuerunt misse», tra gli altri, anche a Federico, Azzone e Giovanni Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 403, ff. 99v-100
Cfr. doc. 214.

*217

<ante 1327, agosto 13>

Ramon de Montpaó scrive al governatore Bernat de Boixadors della volontà da parte di uno dei marchesi Malaspina (presumibilmente

Azzone) di recarsi presso la curia regia per non precisati motivi.

Citato in docc. 218-219.

218

1327, agosto 13, Morella

L'infante Alfonso scrive al governatore Bernat de Boixadors di aver saputo della volontà da parte di uno dei marchesi Malaspina (presumibilmente Azzone) e di alcuni Sassaresi, tra cui Bartolo Catoni, di recarsi presso la curia regia per non precisati motivi.

L'infante si mostra favorevole alla cosa, ritenendo utile l'assenza di uomini così autorevoli e sempre pericolosi durante i lavori di costruzione del castello aragonese a Sassari, manifestando quindi l'intenzione di trattenerli il più a lungo possibile. Alfonso ordina al governatore di tenere segreto il piano, di informarne Ramon de Montpaó e di mostrare al Malaspina e ai Sassaresi una lettera di risposta formale in cui sia però celata la strategia predetta.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 424, ff. 104v, 2°-105.

219

1327, agosto 13, Morella

Lettera dell'infante Alfonso al governatore Bernat de Boixadors sulle questioni di cui al doc. 218. Si tratta molto probabilmente della citata lettera di risposta formale, nella quale si ravvisano ulteriori particolari: Bartolo Catoni voleva sposarsi in Catalogna e ricevere il «militare cingulum», mentre tra gli altri Sassaresi desiderosi di partire vi erano un fratello di Aliprandino Pala, un figlio di Castellino de Campo, Morabatino Morabot e Margarito Rapallino.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 403, ff. 172v, 2°-173.

Infans et cetera. Dilecto maiordomo et consiliario nostro Bernardo de Boxados, ammirato regio gubernatori generali Sardinie et Corsice regni salutem et cetera. Vidimus quandam litteram per^a dilectum consiliarium nostrum Raymundum de Montepavone, potestatem civitatis Sasseris, vobis dicto gubernatori directam nobis, noviter per fidelem nostrum Bernardum Ballistarii presen-

tatam, per quam idem Raymundus nobis significavit quod unus ex marchionibus Malespine intendit nostram presenciam visitare vobiscum et in nostra curia in istis partibus moraturus. Et fidelis noster Barçolo Catonis intendit huc similiter venire, desiderans hic matrimonium contrahere et militare cingulum a nobis recipere, et aliter se nostris beneplacitis et serviciis coaptare. Et eciam quidam frater fidelis nostri Aliprandini Palas et quidam filius fidelis nostri^b Castellini de Campo et quidam alii, inter quos sunt fideles nostri Morabatinus Moraboti et Margaritus Rapallinus, proponunt et intendunt eisdem vel aliis decausis ad partes istas similiter se conferre. Sane quia vos super predictis nostrum beneplacitum vobis petitis intimari, idcirco vobis reponemus voluntatem nostram super eisdem presencium serie de- // clarantes quod prepositum dictorum marchionis et aliorum tanquam fidelium nostrorum comendamus et placidum gerimus eorum devotionem qua ad nostra ducuntur servicia merito cognoscentes, sicque volumus ut significetis dicto potestati quod si predicti marchio et alii, ad nos dictis decausis, vel pro eorum negociis aliter dirigendis venire voluerint, erit nobis placidum, et erga eos sic favorabiliter nos habere intendimus quod ipsi potuerunt de nobis merito contentari. Datum Morelle, idus augusti, anno Domini MCCC XXVII.

Bonanatus de Petra, mandato domini infantis.

^a *segue depennato* fidelem nostrum ^b *dini Palas et quidam filius fidelis nostri in soprallinea*

220

<1327>, agosto 20, Castell de Càller

Il governatore Bernat de Boixadors informa l'infante Alfonso delle lotte interne ai Doria per il possesso di Castelgenovese, nelle quali erano coinvolti anche i Malaspina. Bernabò Doria (figlio di Brancaleone), fedele al re d'Aragona, aveva occupato lecitamente Castelgenovese e contro di lui si erano schierati Cassano e Galeotto Doria, forse appoggiati dai Sassaresi e dai Malaspina. Bernabò aveva chiesto aiuto allo stesso governatore, che, secondo il parere del giudice di Arborea, sarebbe dovuto intervenire contro Cassano e Galeotto con

truppe comprendenti anche i Malaspina.

Bernat de Boixadors riferisce, inoltre, di voci su una nuova ribellione di Sassari fomentata da Cassano e Galeotto Doria e sull'intenzione da parte dei Malaspina di assediare il castello di Osilo, con il consenso del giudice di Arborea. Il governatore è tuttavia convinto, così come lo stesso giudice, che si tratti di una campagna diffamatoria orchestrata dai Malaspina e dai suddetti Cassano e Galeotto, i quali volevano in tal modo aumentare le loro fila facendo credere di avere il giudice arborense dalla loro parte.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Jaime II*, n. 12.348, caja 99.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 221.

Citato in A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, p. 305.

221

1327, agosto 26, Barcellona

Il re Giacomo II scrive al governatore Bernat de Boixadors di aver saputo da Cassano e Galeotto Doria delle trattative in corso tra Brancaleone Doria (fratello di Cassano e Galeotto) e lo stesso governatore per il matrimonio tra Bernabò, figlio diciottenne di Brancaleone, e una nipote del De Boixadors. Quest'ultimo aveva chiesto in pegno Castelgenovese e Casteldoria promettendo, inoltre, a Bernabò di fare in modo che venisse ammesso alla successione di tutta l'eredità del fu Bernabò Doria in Sardegna. Poiché i Malaspina e i Sassaesi sostenevano che in tal modo il De Boixadors avesse invalidato un certo trattato, Giacomo II esige dallo stesso governatore immediate spiegazioni.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 316, f. 34, 1°.

Iacobus et cetera. Dilecto Bernardo de Boxadors, ammirato et consiliario nostro ac regni Sardinie gubernatori, salutem et dilectionem. Scire vos volumus nos pridem a Cassano et Galeoto de Auria, filiis nobilis quondam Barnaboni de Auria, et quibusdam aliis de domo sua, litteras recepisse, per quas sua nobis gravi questione monstrarunt quod vos tractari facitis matrimonium inter quandam nepotem vestram, filiam sororis vestre, et Barnabonem de Auria, unum ex filiis Branchaleonis de Auria, fratris predictorum Cassani et Galeoti, promittendo dicto Barnaboni

iuveni, etatis decem et octo annorum, vos taliter agere et iurare quod dictus Barnabo ad successionem totius hereditatis patris eorum in partibus Sardinie admittatur, et requirendo eidem Barnaboni Castrum Ianuense et Castrum de Auria predictorum Casani et Galeoto in pignore pro observacione dicti matrimoni. Ad cuiusquidem tractatus effectum, marchiones et sacerenses predicta asserunt vos inritasse, et siquidem de premissis si sub dicta forma procedunt plurimum admiramur cum ea a iusticia limicte ad cuius cultum prefectus existitis plurimum deviarent. Sicque abstinendo interim a quibusvis que contra Deum et iusticiam temptantur, significetis nobis lucidam prescripti negocii veritatem ut de sola rei veritate a vobis plenius informati super eo quod iuxta equitatis et iusticie tramitum agendum incubant possimus vobis iussa regia destinare. Datum Barchinone, VII kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC XX septimo.

Franciscus de Bastida, mandato regio.

222

<1327, ottobre?>

Capitoli dell'infante Alfonso destinati al governatore Bernat de Boixadors. Tra le altre cose, si apprende che Azzone Malaspina si era presentato al governatore per smentire le maldicenze su di lui e, anzi, prospettare la vendita dei suoi beni sardi alla Corona.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 424, ff. 110v, 3°-111v.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 223.

223

1327, ottobre 13, Saragozza

L'infante Alfonso dà mandato al governatore Bernat de Boixadors di acquistare qualsiasi possedimento sardo dei marchesi Azzone, Federico e Giovanni Malaspina, concedendogli ampi poteri e libertà su prezzo e modalità di pagamento.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 403, ff. 211, 3°-212.

Nos infans et cetera. Confidentes de industria vestri dilecti consiliarii et maiordomi nostri Bernardi de Boxados, ammirati regii, gubernatoris generalis Sardinie et Corsice regni, cum presenti carta nostra constituimus vos dictum Bernardum de Boxa- // dos, licet absentem tanquam presentem, procuratorem nostrum certum et specialem ad emendum pro nobis et nomine nostro ac pro parte curie nostre omnia et singula castra, villas, loca, terras et possessiones et alia quecumque siqua sunt sive quocumque nomine censeantur aut nominentur, que nobiles Aço, Fredericus et Iohannes, marchiones de Malespina, ac alii eorum fratres sive consanguinei siqui sunt, habent et possident vel habere ac possidere debent in insula predicta Sardinie, quocumque titulo vel quacumque ratione seu causa. Dantes vobis dicto procuratori nostro, licet absentem tanquam presenti, plenam potestatem cum libera castra, villas, loca, terras, possessiones et alia quecumque predicta si qua sunt sive quocumque nomine censeantur aut nominentur, pro nobis et nomine nostro, sive pro parte curie nostre, emendi insimile vel divise, et precium sive precia, que nobis videantur fore congrua offendi, ac permittendi, et etiam exsolvendi incontinenti vel per terminos, nec minus instrumenta predictis necessaria f[ir]mandi et fieri faciendi et bona nostra proinde obligandi et ab alia parte ius[...^a] vendicionum et quorumcumque ypothecarum ac aliarum cautelarum ipsis red[...^b]ni ac vendicionibus necessaria petendi, requirendi ac recipiendi possessionem seu possessiones corporales seu quasi aprehendendi et aprehensam seu aprehensas retinendi, alcaydos seu castellanos ac quoscumque officiales inibi necessarios constituendi, et procuratorem seu procuratores substituendi, et omnia alia et singula in predictis et circa predictam procurandi et faciendi, quecumque nos possimus personaliter constituti et que facere posset quilibet procurator ad hec legitime constitutus, et que in premissis et quolibet premissorum necessaria occurrerint ac etiam opportuna, etiam si mandatum exigerent speciale. Dantes et comittentes vobis super hiis liberam et generalem aministracionem, promittentes vobis dicto procuratori nostro, licet absentem tanquam presenti, et notario subscripto, tanquam publice persone, a nobis pro vobis et pro personis quarum interest et interesse potest et poterat legitime stipulanti et recipienti, nos semper habere ratum et firmum q[...^c] per vos vel per substitutum vestrum in et super predictis actum ac gestum fuerit // seu etiam procuratum, et

nullo tempore revocare, sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. In cuius rei testimonium presens fieri iussimus publicum instrumentum, nostri appendicii sigilli munimine communitum. Datum Cesarauguste, tercio idus octobris, anno Domini millesimo CCC XX septimo.

Clemens de Salaveridi, mandato domini infantis.

Signum *** infantis Alfonsi et cetera.

Testes sunt Petrus Cesarauguste archiepiscopus, Eximinus Cornelii, Berengarius Carrocii, Guillelmus de Entencia, Michael Petri Çapata^d.

Fuit clausum per Clementem de Salaveridi, scriptorem.

^a 2 lettere circa ^b 2 lettere con segno di abbreviazione superiore ^c 3 lettere ^d su 3 colonne: Testes sunt Petrus Cesarauguste archiepiscopus / Eximinus Cornelii Berengarius Carrocii / Guillelmus de Entencia Michael Petri Çapata

224

1327, ottobre 15, Barcellona

Il re Giacomo II scrive al governatore Bernat de Boixadors sulla questione del dissidio interno ai Doria per il controllo di Castelgenovese. Si apprende che Bernabò Doria (descritto dal re come «nepos eorum [Doria] quorumdam emulorum et specialiter marchionum Malespine») aveva attaccato Castelgenovese, ricevendo giuramento di fedeltà dagli abitanti. Cassano e Galeotto Doria, ricevuta la notizia, si erano recati in Sardegna, recuperando con le armi il castello e ristabilendo anche la concordia con Bernabò. Azzone Malaspina, che pare avesse ispirato il giovane Bernabò, era stato catturato nelle fasi dell'attacco dagli uomini di Cassano e Galeotto, venendo imprigionato ed in seguito rilasciato per l'intervento del governatore, che per via di questo episodio aveva chiamato a processo Cassano e Galeotto.

225

<1328>

Ramon de Montpaó informa il re dello stato pacifico della Sardegna e di Sassari in particolare da quando egli era podestà della città¹, come poteva testimoniare Federico Malaspina, il quale intendeva recarsi personalmente presso il re per manifestare la propria fedeltà e quella degli altri marchesi. Il De Montpaó supplica quindi il sovrano di esaudire le richieste di grazia di Federico Malaspina.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Alfonso III*, n. 3.625, caja 30.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 226.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte Reali Diplomatiche di Alfonso III il Benigno, re d'Aragona, riguardanti l'Italia*, Padova 1970, n. 483

¹ Ramon de Montpaó divenne podestà di Sassari il 16 maggio 1326: cfr. M.M. COSTA PARETAS, *Oficials de Pere el Cerimoniós a Sàsser (1336-1387)*, in *La Sardegna nel mondo mediterraneo*. Atti del primo convegno internazionale di studi geografico-storici, Sassari, 7-9 aprile 1978, a cura di P. Brandis e M. Brigaglia, I-II, Sassari 1981, II, pp. 291-314, pp. 309-310.

226

1328, marzo 11, abbazia di S. Maria di Paulis

Azzone e Giovanni Malaspina conferiscono al loro fratello Federico la procura per rinnovare il giuramento di fedeltà al nuovo re d'Aragona Alfonso.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Pergaminos Alfonso III*, n. 296, carpeta 220.

Citato in doc. 229.

In Christi nomine amen. Anno a Nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione undecima, die undecimo mensis marcii. Notificet inspecturis presentis lecio documentis quod domini Acço et Iohannes, marchiones Malaspine, fratres et filii quondam domini Oppedini marchionis Malaspine fecerunt, constituerunt et ordinaverunt dominum Fredericum mar-

chionem Malaspine, fratrem eorum et filium quondam dicti domini Oppecini, ibidem presentem et infrascriptum mandatum sponte et gratuito suscipientem eorum et cuiuslibet eorum insolitum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium specialiter ad se presentandum et comparendum pro eis et eorum nomine coram illustrissimo domino domino Alfonso, Dei gracia rege Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac comite Barchenone, pro confirmatione et renovacione donationis et concessionis factarum in feudum secundum morem Italie dicto domino Açconi, pro se et dictis fratribus suis recipienti, de castro et burgis de Osulo, curatariis de Montes, Figulinas et Coroso et portubus de Frexana et Sancta Feletega earumque omnium villis, pertinentiis, confinibus atque iuribus quibuscunque eis et cuilibet earum quomodolibet competentibus, per dictum illustrissimum dominum Alfonsum, ut constat publicis documentis rogatis et signatis manibus Bonanati de Petra et Nicholay filii quondam Comitis de Villa notariorum, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, die martis intitulata pridie idus augusti. Et ad iurandum et renovandum dicto domino regi sacramentum fidelitatis et homagii pro eis et eorum nomine iuxta Usaticos Barchenone et feudorum usus Italie, secundum tenorem privilegii et instrumentorum predictorum. Et ad confirmationem et renovacionem dicte concessionis recipiendum, iuxta tenorem et formam predictos pro eo et eis et eorum heredibus eciam utriusque sexus et successoribus imperpetuum de uno in alterum succedendo. Et ad impetrandum et obtinendum a predicto domino rege pro ipsis dominis marchionibus et eorum heredibus et successoribus supradictis imperpetuum de uno in alterum succedendo omnem gratiam et gracia, concessionem, investituram et datum, unam et plures et semel et pluries quam, quod et quas eidem domino Frederico placuerit et voluerit impetrare et obtinere, sive per modum supplicationis vel petitionis sive alio quocumque modo ad suam liberam voluntatem. Et quam, quod et quas eidem domino regi placuerit concedere, facere, investire et dare ipsis dominis marchionibus seu ipsi domino Frederico recipienti pro eis et eorum heredibus et successoribus supradictis imperpetuum. Et hoc tam super et de quacumque et quibuscumque castro, villa et terra, una et pluribus quam aliis quibuscumque rebus, iuribus, redditibus et proventibus quibus voluerit impetrare et ipse dominus rex concedere. Et generaliter ad omnia et singula eorum et

cuiuslibet eorum negocia gerendum, tractandum, procurandum, faciendum et exercendum que sibi procuratori pro eis uctilia et necessaria videbuntur et tam eciam in predictis et circa quelibet predictorum, quam aliis omnibus et singulis quibuscumque ad suam liberam voluntatem, eciam si mandatum exigerint speciale et in hiis eciam que mandatum exigunt speciale. Et que ipsimet domini Acço et Iohannes facere possent si presentes adessent singulariter et specialiter specialia et generaliter et universaliter generalia et universa. Et super predictis et quolibet predictorum et circa quodlibet predictorum facere et fieri facere et recipere quecumque publica et solempnia privilegia et instrumenta, solempnesque contractus cum hiis iuramentis, homagiis, pactis, stipulationibus, promissionibus, conditionibus, retentionibus penarum, adiectionibus bonorum, obligationibus, vallatos et vallata hinc inde per singula capitula et membra suorum que voluerit et quomodocumque voluerit ad suam liberam voluntatem, eciam si mandatum exigerint speciale et in hiis eciam que mandatum exigunt speciale. Dantes et concedentes eidem eorum procuratori in predictis et circa quodlibet predictorum plenum, liberum, speciale et generale mandatum cum libera et plena administratione, necnon promittentes dicti domini Acço et Iohannes solempniter ipsi domino Frederico eorum procuratori pro se et suis heredibus stipulanti et michi Nicholao notario subscripto, tamquam persone publice stipulanti et recipienti ex officio publico vice et nomine omnium quorum interest vel interesse posset, se se ratum atque gratum, perpetuo habituros et observaturos quecumque gesta, promissa, iurata, pacta, procurata et facta fuerint in predictis et circa quelibet predictorum per ipsum eorum procuratorem, sub ypotheca et obligatione omnium eorum rerum et bonorum presencium et venturorum^a.

Actum in abbacia de Paules, in caminata iuxta caminum, presentibus Morrucio quondam domini Iacopucii de Villa, Petro notario filio Gandulfini de Villafrancha et Philippino quondam Lamberti de Sarçana, lunensis diocesis, omnibus testibus ad hec rogatis et vocatis^b.

(SN) Ego Nicholaus quondam Comitibus de Villa notarius et iudex ordinarius a domino Mondino quondam domini Orlandi de Advocatis de Lucca et notarius publicus per totam terram et

dominationem serenissimi domini regis Aragonum, auctoritate eiusdem, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et clausi^c.

^a seguono segni del notaio ^b seguono segni del notaio ^c seguono segni del notaio

227

1328, maggio 1, Saragozza

Il re Alfonso scrive al giudice di Arborea Ugone II, comunicando di voler restituire il castello di Osilo e relative pertinenze ai Malaspina, ma di non avere intenzione di riconoscere i diritti («restituere ius») che i marchesi accampavano sul castello e città di Bosa e relative pertinenze (curatorias di Planargia e Costavalle), che il re d'Aragona cede allo stesso Ugone II come premio per la sua fedeltà e «propter rebellionem» dei marchesi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 508, ff. 66v-67v.
Citato in doc. 230.

Regesto: A. BOSCOLO, *Documenti sull'economia e sulla società in Sardegna all'epoca di Alfonso il Benigno*, Padova 1973, n. 11.

228

1328, maggio 1, Saragozza

Il re Alfonso infeuda Bosa, con i distretti di Planargia e Costavalle, al giudice di Arborea Ugone II.

Copie di registro: [R], ACA, *Cancillería, Varia*, N. 357, ff. 28-29v; [R¹], *Varia*, n. 357, ff. 30-31.

Regesti: [R]: F.C. CASULA, *I trattati diplomatici*, pp. 218-219; [R¹]: F.C. CASULA, *I trattati diplomatici*, pp. 218-220.

Edizioni: [R²]: P. TOLA, *Codex*, I, sec. XIV, doc. XL, p. 690; [R³]: *Proceso contra los Arborea*, I, a cura di J. Armangué i Herrero, A. Cired-du Aste, C. Cuboni, Pisa 2001, n. 5.

229

1328, giugno 1, Lleida

Il re Alfonso rende noto che Federico Malaspina si è presentato presso

di lui, anche come procuratore dei fratelli Azzone e Giovanni, per rinnovare il giuramento di fedeltà per i possedimenti della famiglia in Sardegna (castello di Osilo, curatorias di Montes, Figulinas e Coros, porti di Frexana e di Sancta Feletega), dietro tributo di un numero imprecisato di cavalli armati.

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Pergaminos Alfonso III*, n. 200, carpeta 218.

Nel verso: «Instrumenta tria, alterum infeudacionis castri de Osolo et aliorum que habent marchiones Malespine in Sardinia, alterum homagii prestiti domino regi per Fredericum, marchionem Malespine, super dicto feudo et alterum procuratorium fratrum suorum super ipso homagio prestando».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 508, ff. 79v-80v.

Regesto di [R]: A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 25.

Noverint universi quod in presencia serenissimi et magnifici principis ac domini domini^a Alfonsi, Dei gracia regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone, personaliter constitutus egregius vir Fredericus, marchio Malespine, filius quondam egregii viri Opecinii marchionis Malespine, nomine suo proprio et nomine etiam^b procuratorio egregiorum virorum Açonis et Iohannis, marchionum Malespine, fratrum suorum, de qua procuracione fidem fecit per publicum instrumentum diligenter examinatum sufficiensque repertum, quod actum fuit in abbazia de Paules, in caminata iuxta caminum, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo^c vicesimo octavo, indicione undecima, die undecimo mensis marcii et clausum per Nicholaum quondam Comitis de Villa, notarium publicum per totam terram et dominacionem dicti domini regis. Dictus egregius Fredericus obtulit se paratum dicto domino regi renovare seu facere homagium et iuramentum fidelitatis prestare pro castro de Osolo et aliis subscriptis que idem marchio et fratres sui predicti tenent ab ipso domino rege in feudum secundum morem Ytalie in insula Sardinie, sub certo servicio equitum et aliis certis retencionibus, iuxta formam instrumenti donacionis, concessionis, infeudacionis et convencionis ipsius feudi, supplicando dicto domino regi ut ipsum homagium et fidelitatis iuramentum ab eo recipere dignaretur. Ipse autem dominus rex, dicta supplicacione suscepta benigne, dictum homagium et fidelitatis iuramentum recipere

concessit ab eo et incontinenti egregius vir marchio Malespine prefatus, exhibito seu ostenso coram dicto domino rege et prefato marchione ac testibus infrascriptis et instrumento donacionis, concessionis, infeudacionis et convencionis dicti feudi, de cuius tenore seu forma tam dictus dominus rex quam marchio prelibatus asseruerunt se plenarie informatus, quod actum fuit in Castro de Fraga, sito in Cathalonia, die martis intitulata pridie idus augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo^d sexto. Prefatus Fredericus marchio, nomine suo proprio ac nomine procuratorio fratrum suorum predictorum, fecit homagium dicto domino regi interveniente osculo oris et manuum ipsius domini regis, iuxta Usaticos Barchinone, de quibus et de natura dicti homagii prelibatus egregius marchio erat // plenarie informatus, videlicet pro dicto castro de Osolo dictis marchionibus concesso in feudum perpetuum^e per dictum dominum regem, cum burgis ipsius et curatoriiis de Montes et^f de Figulinas et de Coroso cum omnibus villis, locis et casalibus populatis vel dispopulatis in dictis curatoriiis situatis vel existentibus et cum omnibus terminis, pertinenciis et confinibus castri, burgorum, curatoriarum, villarum, locorum et casalium predictorum et cum montibus, silvis, boschis, saltibus et planis cultis, plantatis et heremis, pratis, pascuis, venationibus, piscationibus, aquis et aqueductibus, molendinis ibi constructis et construhendis et cum portubus de Fresana^g et sancta Feletega et universis iuribus eorundem necnon cum hominibus et feminis et cum servis et ancillis cuiuscumque condicionis existant et eciam cum omnibus redditibus, proventibus, maquiciis, statera, afflictibus, tributis, datis, collectis, decimis, censibus, petitis, postis, pascaticis, passagiis, maxellacionibus et aliis iuribus universis, necnon cum mero et mixto imperio et alia omni iurisdictione alta et baxia, civili et criminali et districtu et coartacione quacumque, prout melius et plenius ac largius, dicti egregii marchiones et predecessores eorum ea omnia et singula habuerant, tenuerant et possederant eisque usi fuerant modo aliquo sive causa, secundum formam in predicto instrumento contentam. Prestitit eciam iamdictus egregius Fredericus marchio Malespine pro dicto feudo in manu dicti domini regis nominibus quibus supra sacramentum fidelitatis secundum formam fidelitatis et usus feudorum Ytalie, dicendo sic: «Iuro ad sancta Dei evangelia ego Fredericus marchio Malespine, pro me et dictis fratribus meis ac meis et eorum successoribus, nomine procuratorio ante-

dicto, vobis dicto domino regi, recipienti nomine vestro et successorum vestrorum, quod ab hora inantea ego et dicti fratres mei^h et successores nostri in iamdicto feudo erimus vobis ac dictis vestris successoribus fideles, obedientes et legales vassalli, non erimus in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdatis aut membrum aut mala capiamini capcione, consilium quod nobis credituri estis per nos aut nuncios nostros aut litteras ad dampnum vestri et // ipsorum nobis scientibus nemini pandemus. Et si sciremus fieri vel procurari sive tractari aliquid quod esset in dampnum vestri ac ipsorum pro posse impediemus et si impedire non possemus id vobis et eis significare curabimus. Et ut iura vestra et dictorum successorum vestrorum sint salva, adiutores erimus in insula Sardinie contra omnem hominem, formam et tenorem concessionis feudi predicti plenarie adimplebimus et inviolabiliter observabimus, nec contra eam ullo unquam tempore veniemus». Quibus homagio et fidelitatis iuramento prestitis per dictum marchionem et receptis per ipsum dominum regem, idem dominus rex investivit sepefatum marchionem nomine suo et fratrum suorum predictorum de dicto feudo et eius pertinentiis supradictis sub pactis, iuribus et convencionibus in predicto instrumento donacionis et concessionis appositis et contentis, salvo in omnibus et per omnia iure ipsius domini regis secundum formam instrumenti donacionis, concessionis, infeudacionis et convencionis dicti feudi superius expressati. In testimonium autem predictorum facta sunt inde duo consimilia publica instrumenta per litteras divisa, alterum retinendum per dictum dominum regem et alterum fuit traditum dicto egregio Frederico marchioni pro se et suis fratribus marchionibus antedictis. Que etiam instrumenta de mandato dicti domini regis fuerunt eius sigillo cereo appendicio communita. Acta fuerunt hec in civitate Ilerde, in castro regio civitatis eiudem, die mercurii intitulata kalendis iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimoⁱ octavo^j.

Testes huius rei sunt qui presentes fuerunt inclitus dominus infans Petrus, frater dicti domini regis, Rippacurtie et Impuriarum comes, nobilis Guillelmus de Angularia, Gondiçalvus Garcie et Ferrarius de Apilia consiliarii, Petrus de Castelario, Rodericus Didaci et Laurencius Cinia, iudices curie dicti domini regis et Petrus Gandulfini, notarius de familia dicti marchionis, habitator Villefranche, episcopatus lunensis.

Sig(S)num mei Guillelmi Augustini scriptoris predicti domini regis et regia auctoritate publici eciam notarii per totam terram et dominacionem eiusdem, qui hec scribi feci et clausi, loco, die et anno prefixatis.

Guillelmus Augustini, mandato domini regis.

^a omeso in R^b et in R^c CCC^o in R^d CCC^o XX^o in R^e omeso in R^f omeso in R^g Frexana in R^h nostri in Rⁱ M^o CCC^o XX^o in R^j Guillelmus Augustini, mandato domini regis *segue in R*

230

1328, giugno 26, Lleida

Il re Alfonso conferma la concessione di Bosa al giudice di Arborea Ugone II.

Copie di registro: [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 508, ff. 132v, 2^o-133v; [R¹], ACA, *Cancelleria, Varia*, n. 357, ff. 34-34v.

Regesti: [R]: A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 28; [R¹]: F.C. CASULA, *I trattati diplomatici*, pp. 219-220.

231

1328, giugno 26, Lleida

Il re Alfonso infeuda a Dalmau d'Avinyó il castello di Osilo, secondo il «mos Yspanie» e la «consuetudo Cathalonie», assegnandogli 100 lire di alfonsini minuti annui, due cavalli armati e trenta clientes per la difesa dello stesso castello.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 508, ff. 107v, 2^o-108.

Nos Alfonsus et cetera. Confidentes de fide et industria vestri dilecti nostri Dalmacii de Avinione, de domo nostra, cum presenti carta nostra comittimus sive comendamus vobis dicto Dalmacio dum de nostre processerat beneplacito voluntatis castrum de Osilo, situm in insula Sardinie, tenendum et custodiendum per

vos bene et fideliter secundum morem Yspanie et consuetudinem Cathalonie, ita quod vos sitis alcaydus sive castellanus dicti castri et habeatis pro retinencia dicti castri annuatim C libras alfonsinorum minorum. Mandantes per presentem universis et singulis hominibus infra terminos dicti castri degentibus quod comissionem nostram huiusmodi firmiter observando, vos iamdictum Dalmacium pro alcaydo seu castellano dicti castri de Osilo habeant et teneant vobisque pareant, impendeant, obediant et attendeant de omnibus de quibus alcaydo seu castellano^a castri predicti parere, respondere, obedire et attendere tenentur et debent. Vos vero teneatis et tenere teneamini in dicto castro duos equos armatos et bene munitos et eciam triginta clientes pro tuicione castri iamdicti, quibus provideatur per aministratorem seu aministratores generales Sardinie et Corsice regni de stipendio, prout aliis equitibus et equis armatis et clientibus consuetum est provideri. Mandantes eciam gubernatori generali dicti regni vel eius locum tenenti pro racione dicte alcaydie seu castellanie a vobis homagium ore et manibus recipiat // vice nostra, et nichilominus comissionem nostram huiusmodi firmam habeat et observet et faciat ab aliis inviolabiliter observari et non contraveniat ac aliquem contravenire permittat aliqua racione quamdiu nobis placuerit, ut est dictum. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde vobis fieri iussimus, nostro pendenti sigillo munitam. Datum Ilerde, sexto kalendas iulii, anno Domini M CCC XX VIII.

Clemens de Salaveridi, mandato regio facto per Bernardum de Boxados consiliarium.

^a dicti castri...castellano *in soprilinea*

232

1328, luglio 1, Lleida

Il re Alfonso informa Bartolo Catoni della nomina di Dalmau d'Avinyó a castellano di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 508, f. 108, 3°.

233

1328, luglio 26, Montblanc

Il re Alfonso informa l'arcivescovo di Arborea Guido Cattaneo di aver concesso al giudice di Arborea Ugone II alcune terre appartenute precedentemente ai Malaspina.

A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 34.

234

1328, ottobre 21, Barcellona

Il re Alfonso informa i Malaspina di tener conto di quanto riferirà loro Bernat de Boixadors circa la franquitate di cui devono godere gli abitanti di Castell de Càller nei territori dei marchesi, secondo quanto concesso dallo stesso re.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 508, f. 209, 2°.

Citato in G. MELONI, *Aspetti della politica di Alfonso IV il Benigno nei confronti dei Doria in Sardegna*, in "Studi Sardi", XXII (1971-1972), 1973, pp. 418-430, p. 424, nota 15.

Alfonsus et cetera nobilibus marchionibus Malespine salutem et cetera. Dilectum consiliarium nostrum Bernardum de Boxados, ammiratum nostrum gubernatorem generalem Sardinie et Corsice regni, super contentis in quandam supplicacionem nobis nunc exhibita pro parte fidelium nostrorum consiliariorum et proborum hominum ac universitatis Castri Callari super obtinenda franquitate a vobis in terra vestra, prout nobis obtinuerunt, duximus informandum. Rogantes vos quatenus dicti amiranti relatibus velitis credi super istis eaque adimplere nostri contemplacione honoris, ut ipsum castrum quod presidium existit totius insule Sardinie, prout scitis, gentibus nobis fidelibus et naturalibus nostrique honorem et etiam vestri anelantibus facilius et celerius muniatur.

Datum Barchinone, XII kalendas novembris, anno Domini MCCCXX octavo.

Idem^a.

^a nel documento precedente Clemens de Salaveridi, mandato domini regis

235

<1329>, aprile 4, Castell de Càller

Francesch Daurats, Bernat Ballester e Ramon Savayl scrivono al re Alfonso sulle rendite dei beni sardi. Tra le varie entrate sono citate anche quelle dovute per il matrimonio di Costanza, figlia dello stesso Alfonso, con il re di Maiorca. I Malaspina versano un contributo di 200 lire.

Copia semplice [C], ACA, *Cancillería, Papeles por incorporar*, caja 3. Rispetto alla datazione, nel 1328 iniziò la riscossione dei tributi per Costanza (cfr. A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 27, datato 20 giugno 1328), sposatasi nella fine del 1336 (cfr. *Genealogie medioevali di Sardegna*, a cura di L.L. BROOK, F.C. CASULA, M.M. COSTA, A.M. OLIVA, R. PAVONI, M. TANGHERONI, Cagliari-Sassari 1984, XL.18). Nel documento viene citato come morto Miquel Martiniç de Poyo, il quale era già morto il 1 agosto 1329 (cfr. F.C. CASULA, *Carte*, n. 50).

236

1329, maggio 29, Valencia

Decreto del re d'Aragona relativo alla dogana di Cagliari. I sudditi dei Malaspina sono tenuti a pagare 4 denari per lira (1,66 %) per le merci sia in introitu che in exitu, trattamento analogo a quello riservato ai sudditi di Bernabò Doria e del giudice di Arborea, secondo un criterio che regolava i diritti da pagare in base alla nazionalità.

P. AMAT, *Del commercio e della navigazione dell'isola di Sardegna nei secoli XIV e XV*, Cagliari 1865, pp. 12 e 73-76; C. MANCA, *Aspetti dell'espansione economica catalano-aragonesa nel Mediterraneo occidentale. Il commercio internazionale del sale*, Milano 1966, pp. 319-320; C. TASCA, *Gli ebrei in Sardegna nel XIV secolo. Società, cultura, istituzioni*, Cagliari 1992, p. 265, doc. XIV; P.F. SIMBULA, *Gli Statuti del Porto di Cagliari (secoli XIV-XVI)*, Cagliari 2000.

237

<1330>

Il re Alfonso scrive ai due "riformatori" Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir, indicando una serie di disposizioni. Tra le altre cose, i

due "riformatori" avrebbero dovuto recuperare i beni mobili degli uomini di Sassari, i quali pareva fossero custoditi nelle terre dei Doria e dei Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 510, ff. 155-159v.
Copia semplice [C], ACA, *Cancellaria*, *Papeles por incorporar*, caja 23.
Rispetto alla datazione, i due "riformatori" vennero nominati nel 1329, in seguito alla rivolta di Sassari nello stesso anno (cfr. F.C. CASULA, *La Sardegna aragonese*, I-II, Sassari 1990, I, pp. 218-219).

238

1330, aprile 10, Barcellona

Il re Alfonso informa l'arcivescovo di Arborea Guido Cattaneo dell'invio nell'Isola di Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir. «Similes fuerunt misse» anche, tra gli altri, a Giovanni, Federico e Azzone Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 510, f. 151v.

239

1330, aprile 14, Barcellona

Il re Alfonso ordina a Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir di indagare sui presunti complotti orditi contro la Corona dai Malaspina, sia in Sardegna che fuori, dopo la rivolta sassarese.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 510, ff. 197v, 3°-198.

Alfonsus et cetera. Nobilis et dilectis consiliariis nostris Berengario de Vilariacuto et Bernardo Gomir, salutem et cetera. Bene [...^a]itis qualiter nuper [...^b]adi [...^c]imus inquisitionem factam // per Bernardum de Boxadors, tunc gubernatorem insule Sardinie, contra marchiones Malespine. Sane cum intelleximus quod dicti marchiones post remissionem per nos eis factam de rebellione sassarensis, in qua culpam dicebantur tenere, quedam enormia contra coronam ac culmen nostre regie maiestatis, tam infra insulam supradictam quam extra, temere tractarunt et improvide comiserunt, et nos de hiis certificata velimus, propterea volumus ac

vobis dicimus et mandamus quatenus, cum in dicta insula fueritis personaliter constituti, posito in statu negocio populacionis civitatis Sassari, de predictis caute et quam secretius ne valeat modo aliquo divulgari vos certificare curetis. Quam certificacionem per personam ydoneam in scriptis vestrorum sigillorum minime sigillatis nobis quamcitus poteritis transmittatis, ut super eis providere possimus prout decrevit nostram regiam magestatem. Datum Barchinone, XVIII kalendas madii, anno domini M CCC trigesimo.

Bonanatus de Petra, mandato regio.

^a 2 lettere circa ^b 5 lettere circa ^c 3 lettere circa

240

1330, giugno 9, Lleida

Il re Alfonso informa l'arcivescovo di Arborea Guido Cattaneo della nomina di Ramon de Cardona a governatore generale del regno di Sardegna e Corsica. «Similes fuerunt misse» anche, tra gli altri, a Giovanni, Federico e Azzone Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 510, ff. 214, 2^o-214v.

241

1330, giugno 14, Lleida

Il re Alfonso conferma l'inf feudazione ad Arnau Masqual di alcuni saltos, in permuta della concessione precedentemente effettuata di territori appartenenti ai Malaspina (cfr. doc. 204).

A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 136.

242

1330, giugno 20, Lleida

Il re Alfonso informa il giudice di Arborea Ugone II dell'invio in Sardegna di Clement de Salavert, insieme ai due "riformatori" e a Pere

de Libià. «Similes fuerunt misse», tra gli altri, a Federico, Giovanni e Azzone Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 511, ff. 4, 2°-4v.

*243

<ante 1330, luglio 8>

Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir scrivono al re Alfonso, riferendo di aver riscontrato una buona accoglienza nelle terre sarde dei Malaspina e di aver registrato l'atto di scusa del vicario dei marchesi.

Citato in doc. 244.

244

1330, luglio 8, Huesca

Il re Alfonso risponde a una lettera di Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir, compiacendosi della buona accoglienza riservata loro nelle terre sarde dei Malaspina e dell'atto di scusa ricevuto dal vicario dei marchesi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 511, ff. 12, 3°-12v.

*245

<ante 1330, agosto 4>

I Malaspina scrivono al re Alfonso.

Citato in doc. 246.

246

1330, agosto 4, Ejea

Il re Alfonso scrive a Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir, riferendo, tra le altre cose, di due lettere ricevute una dai Malaspina, l'altra dai Doria.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 511, f. 20v, 1°.

247

1330, agosto 8, Ejea

Il re Alfonso scrive a Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir, informandoli, tra le altre cose, di aver scritto delle lettere da recapitare ai Malaspina e ai Doria, sia in Sardegna che nella penisola italiana, chiedendo di sollecitarne le rispettive risposte (cfr. doc. 249).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 511, f. 20v, 2°.

248

1330, agosto 8, Ejea

Il re Alfonso informa lo scriptor Clement de Salavert di aver scritto delle lettere che lo stesso Salavert deve far pervenire ai Malaspina e ai Doria (cfr. doc. 249).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 511, ff. 20v, 4°-21.

249

1330, agosto 8, Ejea

Il re Alfonso scrive ai Malaspina, rassicurandoli sul fatto che i loro beni non erano stati donati, come asserito da alcune false voci, al neogovernatore del regno di Sardegna e Corsica Ramon de Cardona.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 511, f. 20, 2°.

Citato in doc. 250.

Alfonsus et cetera. Nobilibus et dilectis devotis et fidelibus nostris marchionibus de Malespina, salutem et cetera. Nobilitati et devocioni vestre tenore presencium deducimus nostro culmini noviter esse delatum quod vos, quorundam malignorum ac perversorum relatu conancium, in pace zizaniem seminare asserentes, nos privasse vos castris et locis ac terra vestris contulisse et donasse eadem nobili viro Raimundo de Cardona, noviter per nos creato in gubernatorem regni nostri Sardinie, adhibuistis et adhibetis predictorum relatibus credenciam aliqualem, super quo ultra minimam displicenciam quam de tam falso et iniquo excogitato rumore habuimus et habemus de vobis quamplurimum admiracionem suscepimus vehementem, si et cum ad predictam fidem

aliquam adhibuistis, seu modo aliquo adhibetis, quoniam semper progenitores nostri et nos vos et vestros nostros fideles comparimus et devotos et in eorum nostrorumque obsequiis placidos, et acceptos, nec debetis de nobis nedum credere sed solum presumere, tam impie pariter et ingratis, adversus vos moliri predictam, et pro meritis reddere de meritorum mercedem. Quocirca vestre innate fidelitati et devocioni serie presencium intimamus quod, abiecta et raddicitus evulsa ab animis vestris omni suspitione sinistra audacter et sub fide regia existendo devota, et fideles ut actenus resideatis et stetis serene et quiete et rebus et bonis vestris universisque habetis in dicto regno fruamini, omni timore sublato, et firmo namque teneatis et tenere potestis, quod nos dicto nobili Raimundo seu alicui alii non fecimus nec facere pensamus, ac etiam intendimus donacionem de bonis predictis nec eisdem vos privare quosvis alios preferendo. Datum Exee, VI idus augusti, anno Domini millesimo CCC XXX.

Idem^a.

Antedicta littera fuit duplicata.

^a nel documento precedente Petrus Lupperti, mandato regio facto

250

1330, settembre 30, Genova

Manfredi e Luchino Malaspina, figli del defunto Moruello, rispondono al re Alfonso, esprimendo la loro preoccupazione per la voce che i loro possessi sardi (per i quali non avevano mai giurato fedeltà alla Corona) fossero stati donati al governatore Ramon de Cardona. I due marchesi pregano quindi il re di essere commendatos in quanto disponibili a mettersi a suo servizio sia nella penisola italiana che in Sardegna.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Alfonso III*, n. 1.307, caja 10.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 86.

Serenissimo et illustri principi ac domino singulari domino

Alfonso, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinee et Corsice, ac comiti Barcelone. Sui fideles et devoti Manfredus et Luchinus, nati clare memorie domini Moruellis Malaspine, tam promptam quam debitam reverenciam et se ipsos. Serenitatis vestre literis nobis dominabilibus reverentur receptis et earum diligentius thenore duxit nostra sincera fidelitas et devoto earumdem significatis presentibus respondendum, quodquamvis ad noticiam et aures fidelitatis nostre aliquorum relacione provenerint serenitate vestram donavisse terras, possessiones et castra que habet nostra fidelitas in eiusdem regno nobili viro domino Raymondo de Cardono, nuper per prefectam serenitatem in dicto regno gubernatore creato, quibus nunquam per devocionem nostram fuit fides aliqua adhibita, nisi semper erga eandem gerens fidem sinceram ut erga verum et singularem dominum, serenitati vestre supplicans humiliter et devote, quatenus dignetur nos in eiusdem gratiam habere commendatos et fidentes et devotos assumere ac eciam domino Raymondo prefecto literas reales dirigere, quibus possessiones predictae, et factores nostre fidelitatis, tam^a apud easdem existentes quam deinceps destinandos, et tam super aliquibus iniuriis fidelitati nostre per consortes illatis, quam eciam super omnibus aliis iuste et debite requisitis. Offerentes nos et nostra, tam italica quam eciam Sardinie ad omnia vestre serenitatis, mandatorum genera. Datum Ianue, die ultima septembris, M CCC XXX.

En la primera conté que com Manfrè e Luchí de Malespina agen reebudes letres del senyor rey que avien oit dir que.l senyor rey avia donades lur dres e possessions a.n Ramon de Cardona, governador, la qual cosa no creyen mas aver tota hora. Envés el senyor rey, bona fe, esperança li clamen mercè que.ls age recomanats e que scriva al dit governador que aven-los recomanats. E lus procuradors e lus companyes sobre algunes iniúres per lurs companyens e per altres a els altres fetes lus dege fer compliment de justícia, com els sien aparellats, axí en Lombardia com en Sardenya, fer ço que man lo senyor rey^b.

^a in *sopralinea* ^b En la primera... man lo senyor rey, *di altra mano*

251

<1330 - 1331>

Capitoli (quattordici) inviati dal re Alfonso ai due "riformatori" Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir. Nel 7° capitolo viene disposto che, effettuato il ripopolamento di Sassari, i detti "riformatori" obblighino i Malaspina a smantellare la fortezza che avevano allestito senza licenza regia: «Ítem que, feta la partició e població de Sàsser, los dits reformadors requiren los marqueses de Malaespina que derroquen encontinent la força que han feta sens licència del senyor rey en lo feu que tenen per ell».

Copia semplice [C], ACA, *Cancelleria, Papeles por incorporar*, caja 23. Rispetto alla datazione, il documento è successivo alla rivolta di Sassari del 1329 (cfr. F.C. CASULA, *Carte*, n. 59, del 21 dicembre 1330 e n. 62, dell'8 gennaio 1331).

252

1331, gennaio 8, Sassari

Il governatore Ramon de Cardona scrive al re Alfonso, riferendo, tra le altre cose, che l'arcivescovo di Arborea, inquisitore generale di Sardegna, gli aveva chiesto di arrestare Azzone Malaspina, ritenuto colpevole di eresia.

F.C. CASULA, *Carte*, n. 62.

253

<1331>, gennaio 11, Pisa

Lettera di un informatore anonimo al giudice di Arborea Ugone II. Tra le altre cose, si apprende che i Malaspina tramavano con i Doria, i quali allestivano una flotta a Castolgenovese e Bonifacio per "invadere" la Sardegna, ma l'azione non aveva avuto seguito. Inoltre, i marchesi, a Villafranca, programmavano una spedizione nell'Isola con Francesco Castracani.

F.C. CASULA, *Carte*, n. 123.

Manfre di Vivaldo Doria, lo quale è molto amico deli marchesi, è venuto presso ad Lucha, IIII miglia in luogho che si chiama Ponte

San Piero, e solda gente da cavallo in torno di CC homi tra tedeschi e taliani, e quale gente elli puote avere o di che intentione elli lo faccia io non so; e enne capitano uno che ad nome messere Ghinello, che fu compagno di messer Castruccio, e è persona molto sacciente, e anno li signori Doria anno difecto in sieme, come vo sappete, si che ciascuno si brigherà di fare lo meglio che potrà le facti suoi. Et questo so io, che messer Nicolo ae intentione di voler essere forte in vostro, lo quale è stato e sta continuamente in casa deli marchesi al vostro servigio con un altro vostro servidore che ve torno ad me adi X di Iennaio presente; e dissemi che messer Francescho Castracani era conli decti marchesi a Villafranca, e ragionavansi in casa deli decti marchesi che alcuno di loro passerebbe in Sardigna ad questa primavera, e che li decti marchesi aveano iurato in sieme con messer Galeotto e con messer Cassano Doria de esser con loro l'uno con l'altro a ognia aiuto l'uno con l'altro. Et pero, signore, la gardia sempre fu buona; prego Dio che contenti l'animo vostro in quello che più vo piacia. Di qua non ae altre novelle da scrivervi, spetassi Giuppo deli Scholari che vieni dal re, è quelle novelle che ci serano ala vostra signoria scriverò.

254

<1331?>, febbraio 13, Sardegna

Credenziale di Azzone Malaspina in favore del suo procuratore e famiglio Pietro, inviato presso il re Alfonso.

Originale [A], ACA, *Cancilleria, Cartas Reales Alfonso III*, n. 3.755, caja 32.

Nel verso: «Serenissimo et inlustri eius domino domino Alfonso, Dei gracia regi Aragonum».

Rispetto alla datazione cfr. doc. 256.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 507.

Serenissimo et illustri eius domino reverendo domino Alfonso, Dei gracia regi Aragonum. Acço, marchio Malaspine, se ipsum ad pedes cum omni reverentia et subiectione tam debita quam devota. Ad pedes vestre excellentissime magestatis destinandum decrevi Petrum, latorem presentium, meum procuratorem meumque familiarem dilectum, cui pro parte mea coram vestra dominacione quedam exponenda a me de hiis plenius informato. Quare

serenitati vestre suplico reverenter ut ea audire dignemini ac exaudire secundum quod vestra magestas honori regio cognoverit convenire et eidem in omnibus et per omnia credere tanquam michi.

Datum in Sardenia, die XIII februarii.

255

1331, aprile 6, Valencia

In seguito alle proteste di Federico, Azzone e Giovanni Malaspina, il re Alfonso ordina al podestà di Sassari Ramon de Montpaó di indagare sui presunti soprusi commessi contro i marchesi e gli abitanti di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 511, f. 109v, 2°.

Alfonsus et cetera. Dilecto consiliario nostro Raimundo de Montepavone, potestati civitatis Sasserii, salutem et cetera. Ex parte egregiorum Frederici, Acçonis et Iohannis, marchionum Malespine, fuit reverenter propositum coram nobis quod nonnulli nostre correccionis aculeum non verentem contra ipsos ac burgenses Osoli aliosque eorum homines et personas indebitas iniurias ac offensas improvide perpetrarunt. Propter quod supplicatum nobis fuit ut super eo providere de solita clemenciam dignaremur. Nos vero, supplicacione ipsa benigne admissa, vobis dicimus et mandamus quatenus de predictis inquiratis diligentissime veritatem et quos culpabiles reperitis faciendo iniuriatis iusticie complementum, taliter mediante iusticia puniatis quod cedat eis ad penam et ceteri terrore ipsorum inducti a similibus arceantur. Datum Valencie, VIII idus aprilis, anno Domini M CCC XXX primo.

Bernardus de Podio, mandato regio facto per Bonanatum de Petra.

256

1331, aprile 6, Valencia

Lettera del re Alfonso al governatore Ramon de Cardona riguardo alle sollecitazioni di Federico, Azzone e Giovanni Malaspina, giunte al re tramite il loro procuratore Pietro, intorno alla restituzione dei

beni e possedimenti dei marchesi posti nel territorio di Sassari e da loro tenuti fino al tempo dell'espulsione dei Sassaresi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 511, f. 109v, 3°.

Alfonsus et cetera. Nobili et dilecto nostro Raimundo de Cardona, gubernatori generali insule Sardinie, et alii qui pro tempore dicto preerit officio, salutem et cetera. Recurrens ad presenciam nostram Petrus, procurator et nuncius nobilium Frederici, Açıti et Iohannis, marchionum Malespine, nobis pro parte ipsorum cum humili instancia supplicavit ut possessiones et bona hominum ac personarum terrarum marchionum predictorum sita in terra Sassari et districtu per eos possessa, tempore expulsionis sassariensium et ante, sine molestia eis restitui mandaremus, concessione seu assignacione de bonis ipsis per nos seu officiales nostros facta in aliquo non obstante. Nos itaque supplicacioni ipsi in quantum cum iusticia possumus faventes benigne vobis dicimus et mandamus quatenus, vocatis supplicantibus et dictarum terrarum possessoribus et aliis evocandis, super predictis faciatis, dictis supplicantibus, breve et expeditum iusticie complementum, procedendo in hiis breviter, sumarie et de plano, propulsis maliciis et difugiis quibuscumque. Datum Valencie, VIII idus aprilis, anno Domini M CCC XXX primo.

Bernardus de Podio, mandato regio facto per Bonanatum de Petra.

257

1331, aprile 6, Valencia

Il re Alfonso risponde a Federico, Azzone e Giovanni Malaspina, a seguito dell'ambasciata del loro procuratore Pietro, tramite il quale avevano chiesto la restituzione del castello di Osilo e dei beni e possedimenti dei Sassaresi situati nei territori dei Malaspina. Entrambe le richieste vengono respinte: la prima per motivi di sicurezza, data la situazione ancora instabile nella zona di Sassari, la seconda per questioni giuridiche, rimanendo quei beni di proprietà dei Sassaresi, nonostante l'espulsione, e pertanto dovendo essere in seguito ad essi restituiti.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 511, ff. 109v, 4^o-110.

Alfonsus et cetera. Egregiis viris Frederico, Acçoni et Iohanni, marchionibus Malespine, salutem et cetera. Veniens ad presenciam nostram Petrus, nuncius ac procurator vester, nobis pro parte vestra de subscriptis inter alia cum instantia supplicavit, videlicet quod castrum Osoli, situm in insula nostra Sardinie, vobis tradi ac restitui facere mandarem, nec non omnes possessiones et bona que fuerunt olim sassarensium sita in territorio et infra confines vestros, vobis dignaremur sine molestia libere relaxare, concessione seu assignacione quacumque per nos seu officiales nostros de ipsis facta in aliquo non obstante. Quibus plenarie intellectis, nobilitati vestre taliter harum serie respondemus, et primo ad quod civitas Sasseris nondum sufficienter populata existit set statim cum eis populata in statu tuto fuerit, castrum ipsum vobis restitui faciemus; ad secundum // vobis respondemus quod attentata causa ex qua sassarenses per nos dampnati fuerunt bona ipsorum infra vestrum districtum existencia, vobis non competunt ipsaque eciam ad nos nolumus pertinere, immo dictis sassarensibus quorum erant illa restitui mandabimus, quando ab eis fuerimus requisiti. Datum Valencie, VIII idus aprilis, anno Domini millesimo CCC trigesimo primo.

Bonanatus de Petra, mandato regio.

258

1331, maggio 10, Barcellona

Il re Alfonso ordina al governatore Ramon de Cardona di provvedere a fare giustizia riguardo ai fatti delittuosi accaduti a Pere Grimalt, il quale insieme ad altre sei persone era stato aggredito presso la strada di L'escale (odierna Scala di Giocca, presso Sassari) da alcuni uomini dei Doria e dei Malaspina, che avevano derubato e ferito il Grimalt ed ucciso uno della sua comitiva.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 511, f. 124v, 2^o.

Alfonsus et cetera. Nobili et dilecto Raymundo de Cardona, gubernatori regni nostri Sardinie et Corsice, vel eius locum tenen-

ti salutem et cetera. Con[stitut]us ad nostram presenciam Petrus Grimaldi, de domo nostra, nobis exposuit conquerendo quod dum ipse et quidam alii seni sui cum familiis eorum venirent ad civitatem sacarensem, in itinere vocato Lescale^a, quidam homines terre ianuensium Doria et terre marquesii de Malaspina dederunt eis insultum et vulnerando eos interfecerunt cum una virga unum ex eisdem et abstulerunt ipsis pecuniam, pannos et res omnes quas secum ducebant. Propter quod idem Petrus Grimaldi pro se et aliis supradictis nobis humiliter supplicavit ut super predictis dignaremur de opportuno remedio providere. Ideo nos, ipsa supplicatione admissa, vobis dicimus et mandamus quatenus vobis constituto de premissis contra culpabiles et bona ac personas ipsorum prout de iure et ratione faciendum inveneritis procedatis sic quod pena ipsorum sic aliis similia accemptantibus in exemplum faciendo, nichilominus dicto Petro et aliis reddi et restitui prout fieri debet pecuniam, res et bona que per dictos raptors eis ablata fuerunt vel emendam et estimacionem ipsorum et taliter super hiis vos habeatis quod dicti Petrus et alii conquerentes breviter complementum iusticie consequatur. Datum Barchinone, VI idus [madii], anno Domini M CCC XXX primo.

Idem^b.

^a leggi Lescale ^b nel documento precedente Petrus Merii, mandato regio facto per Bonanatum de Petra

259

1331, dicembre 29, Valencia

Il re Alfonso scrive al vicario dei Malaspina, lamentandosi del furto di un cavallo, del valore di 60 lire, avvenuto presso il villaggio di Salvennor a danno del catalano Pere de Puigvert, residente nella bastida di Saccargia, entrambe le località controllate dai Catalano-Aragonesi. Viene chiesta la restituzione del cavallo o della somma in denaro corrispondente.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 512, f. 295v, 2°.

Alfonsus et cetera. Fideli suo vicario marchionum de Malespina vel eius locum tenenti salutem et cetera. Intelleximus per dilectum nostrum Petrum de Podio Veridi quod de ipso existente simul cum aliis filiis militum de domo nostra in bastida de Secarage fuit sibi violenter ablatum seu raubatum unus equus suus, precio, ut asseritur, sexaginta librarum Barchinone, in loco de Salvenero dictorum marchionum, quem locum eotunc tenebamus ad manum nostram. Quare supplicavit nobis ut ipsum equum sibi restitui facere manda[remus]. Qua supplicacione admissa, vobis dicimus et mandamus quatenus, vocatis evocandis, ipsum equum seu precium ipsius faciatis dicto Petro de Podio Veridi restitui sive tradi. Aliter per presentes mandamus gubernatori nostro in regno Sardinie, vel eius locum tenenti necnon potestati Sassari ut, sibi constituto dictum equum fuisse violenter dicto Petro ablatum, ipsum equum seu precium ipsius sibi restitui faciat ut de iure et racione fuerit faciendum, procedendo super hiis breviter summarie et de plano ac maliciis quibuslibet pretermisissis. Datum Valencie, IIII kalendas ianuarii, anno Domini M CCC XXX primo.

Bertrandus de Vallo, mandato regio facto per Bernardum de Boxados consiliarium qui litteram inscriptam fieri.

260

<post 1327, novembre 2 - 1332>, aprile 12, Avignone

Geri Spini (Gerius Spina) di Firenze scrive al re Alfonso, raccomandandogli i suoi fratelli (in senso lato) marchesi Malaspina.

Originale [A], ACA, C, *Cartas Reales Alfonso III*, n. 3.278, caja 27. Rispetto alla datazione, il documento è successivo al 2 novembre 1327, data della morte di Giacomo II, e precedente al 1332, anno entro il quale morì Geri Spini (cfr. *Genealogie medioevali di Sardegna*, p. 325, nota 419).

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 386 (ipotizza si tratti di un *Gerius [Mala]spina*).

261

<1331 o 1332>, aprile 1, Cagliari

Il governatore Ramon de Cardona scrive al re Alfonso. Tra le altre cose, consiglia al sovrano di cacciare dalla Sardegna sia i Doria che i Malaspina.

F.C. CASULA, *Carte*, n. 383.

Rispetto alla datazione, il documento è collocabile tra il 1330 e il 1336, periodo in cui Ramon de Cardona ricoprì la carica di governatore del regno di Sardegna (1336 è l'anno della morte del re Alfonso). Il contenuto è affine a quello delle carte regestate in F.C. CASULA, *Carte*, nn. 2, 109, 112, 115, 158-159, tutte datate tra il 1331 e il 1332.

262

1332, gennaio 6, Valencia

Lettera del re Alfonso a Bernat ses-Pujades, veguer di Castell de Càller, e Sanxo Aznarez d'Arbe, capitano di Gallura, ai quali il sovrano ordina di indagare sull'attività criminosa dei Malaspina durante la rivolta dei Sassaresi, ed in particolare sul presunto omaggio prestato a Ludovico il Bavaro e all'antipapa.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 513, f. 30.

Alfonsus et cetera. Dilectis suis Bernardo de Podiatis consiliario et viceammirato nostro, vicario Castri Callari et Sanctio Aznarii Darbe, capitaneo Gallurii, salutem et dileccionem. Cum ad nostrum provenerit [...^a]orum fidedignorum relatu quod Fredericus, Asso et Iohannes, fratres, marchiones de Malespine, fidelitate et homagio quibus [nobis] affecti sunt immemores, postquam nobis pro hiis que ad feudum tenent in insula Sardinie pro nobis homagium prestiterant et fidelitatis eciam iuramentum, confederaciones et consideraciones cum Sassarensibus tempore rebellionis eorum, adversus nos et nostros fideles et subditos nequiter ac improvide facere presumpserunt et in eadem rebellionem opem et operam ipsisque nostris fidelibus et subditis dampna non modica intulerunt. Necminus, mala accumulando malis, Lodovic[o] duci Bavarie, pro eisdem feudis insule predicte nulla est nobis seu nostris [...^b]o facta mencione seu excepcione, homa-

gium, ut asseritur, prestiterunt et dicto duci necminus quod deterius est antipape et eorum iussibus contra Romanam Ecclesiam obedientes fuerunt, fovendo partem ipsorum et eciam aliis non nullis et diversis modis ac accionibus contra nos et nostros subditos deliquerunt mandatorumque nostrorum, nichilominus seu officialium nostrorum indiferenter effecti sunt transgressores. Et cum talia adeo nephanda si veritate mitantur remaneri non debeant aliquatenus inconecta, idcirco dicimus, comittimus et mandamus quatenus ambo insimul vel alter vestrum assumptis vobis, uno vel duobus iurisperitis ydoneis, contra predictos marchiones et eorum quemlibet de predictis omnibus et singulis et dependentibus ex eisdem veritatem sollicitè ac diligentissime inquiratis, et in ac super premissis prout faciendum fuerit procedatis usque ad diffinitivam sentenciam quam maiestat[is] nostre presentibus reservamus. Completa namque inquisicione predicta, usque ad dictam sentenciam processum ipsius cancellarie nostre sub nostrorum sigillorum seu alterius vestrum munimine protinus transmittatis. Datum Valencie, VIII idus ianuarii, anno Domini M CCC XXX primo.

Clemens de Salaveridi, mandato domini regis.

^a 3 lettere circa con segno di abbreviazione superiore ^b 5 lettere circa

*263

<ante 1332, febbraio 20>

Accordo firmato tra il luogotenente del governatore Sanxo Aznarez d'Arbe ed il vicario dei Malaspina, il quale intendeva in tal modo ottenere la protezione di un'area seminativa denominata Salt de Piano, minacciata da Nicolò Doria.

Citato in docc. 264-265.

264

1332, febbraio 20, Cagliari

Il luogotenente del governatore Sanxo Aznarez d'Arbe scrive al re

Alfonso, informandolo di avergli inviato alcuni capitoli «enclosos sots la present letra», riguardanti un complotto ordito dai Doria e dai Malaspina, i quali avevano simulato una disputa su un saltu di confine (Salt de Piano), tesa a far intervenire le truppe del veguer di Sassari. Fallita la manovra, i Doria, i Malaspina e i fuoriusciti di Sassari si erano rivolti ai Comuni di Genova e Savona. Fallita anche questa trattativa la coalizione anti-aragonese continuava ad operare azioni di disturbo, e Sassari rischiava l'assedio.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Alfonso III*, n. 1.478, caja 11.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 115.

[*Capitols enclosos*]

Primerament, que.ls Doria trameseren la potestat del Alger al lochtinent del veger de Sàsser que anà-se'n parlar a la vila del Almedo ab los dits Doria e açò per tal que si la fosen anats que.ls agesen aquí o morts, après que.l vicari dels marqueses de Malaspina feu arar e sembrar de forment I salt apellat Salt de Piano, posat entre les comffines sues e dels Doria, ab tot lo poder que aplegar poch de peu e de cavall.

Ítem, que Nicholós Doria [se] aiustà ab totes les o[sts del] Alger, de Cuxina e de Castell Jenovès e de Montileó e de Angló e de molts altres lochs per venir sobre el dit vicari e per tolre-li lo dit salt, com fos ab molt maior ost de peu e de [cav]all que.l [dit] vicary, proposan que a el se deria pertànyer el dit salt e que era stat dels seus.

Ítem, que per pavor del dit Nicholós lo dit vicari firmà de dret en poder del dit lochtinent sufficientment per rahó del dit saut.

Ítem, que la dita firma li fo notificada ab scrivà públic e ab porter.

Ítem, que, com lo dit Nicholós no sestiges d'ajustar e de aplegar totes les gens que podia de peu e de cavall, fo-li tramesa altra vegada I noter públich e I porter qui altra vegada li notificaren la dita firma e li manaren de part del senyor rey e.l requiriren de part

del dit lochtinent que ell no degés venir sobre.l dit salt, ne aquí neguna cosa innavar. En altra manera protestaren contra ell segons que és acustumat de protestar.

Ítem, que.l dit Nicholós, no contrastant la notificació de la firma dessusdita e els manaments //

a ell fets, vench ab tots ses osts prop la ost del dit vicary a I milla e menys e stegren deçà e dellà justats IIII dies e pus, que anch negun dapnatge nos donaren en persones ni en béns.

Ítem, que.l dit vicary moltes de vegades, denit, secretament, se partia de la sua ost e anava a la de miser Nicholós, e parlaven ensemps de so qui.ls playa.

Ítem, que.l dit Nicholós feu arar lo dit salt e en aquell sembrar ordi e en après se'n tornà ab ses ost en l'Alger.

Ítem, que apochs dies lo dit vicari fo [persona]lment al dit loch del Alger e parlà e tractà so que li plach ab lo [dit] Nicholós e ab Danian e altres Doria.

Ítem, que.l dit Nicholós donà treta de blat al dit vicari pel dit loch del Alger e feu manament que null hom no gosàs comprar si no dell blat del marqueses^a, ni treer fins que els aguesen tret.

Ítem, que après apochs dies que les dites gens de cavall e de peu se'n foren tornades en lurs lochs, el dit Nicholós feu fer crida per tota la terra Doria que tot hom qui posqués portar armes fos aparellat ab lurs armes per seguir lo dit Nicholós tota vegada que.n fosen requestes per aquell, sots pena de cos e d'aver.

Les coses desusdites se diu comunament e pública que era stat tractament fraudulè e engan dels dits vicari e.ls Doria, perquè si el dit lochtinent isqués deffora ab gens de peu e de cavayll per vedar al dit Nicholoso que no entràs al dit salt que.l dit vicari ab ses gens li donàs detràs, e el dit Nicholoso dessus ho davant, e que.ls aucisen tots los Catalans segons lur poder, puy que asetiassen la ciutat de Sàsser tant e tan longament fins que la agesen haüda, e par bén senblant de ver, per les coses dessusdites mas

plach a Déu que.l dit lochtinent se'n sabe molt bé guardar. //

Aprés, com lo dit fals tractament no agués aüit acabament, segons que dit és, és estat tractat per aquells enleys que fos misatgeria tramesa al Comú de Génova e de Sahona. E són hi anats per misatgers Castellín de Campo e Gantín Pales, sassereses foragitats, los quals, segons que.s diu, deven prometre, de part dels dits Doria e de Malespina e dels foraexits de Sàsser, de dar la ciutat de Sàsser a aquell Comú, qui poderosament açí trametrà gent de peu e de cavall per pendre la ciutat desusdita e.l destret d'aquella.

Ítem, que com lo dit tractament no ages aüit acabament, segons que dit és, e com per lo veger de Sàsser fos ordenada caça de porchs senglars e de cerves, hon devia ésser lo dit lochtinent, el dit veger e molts d'altres [b]ons homens et prohomens de la dita ciutat, [los] desusdits Doria e de Malespina e.ls foraexits de Sasser [or]denaren que si fosen anats a la dita caça que fosen tots [...^b] avergats e morts, la qual cosa pog[...^c]a ésser feta lungerament p[us] [...^d] ne fosen acordats [...^e] hom d'ells nos guardàs, mas plach [a] Déu que la dita caça no.s feu per que lur fals tractament [...^f]ch loch.

Ítem, continuament no cessen de tractar per misatger e per scrit et sovén personalment, de que ni de que no no.s sap, mas que.s creu que contra la honor del senyor rey e de les sues gens e dapnatge no poch.

Ítem, que tot sovén fan fer crides e ajusts e creem veraderament que si no era la nostra bona guarda que.ns agren moltes vegades asajats.

Per totes aquestes rahons desusdites lo dit lochtinent, ensemps ab lo veger e consellers e prohomens de la dita ciutat, ha fet fornir aquella de viandes e d'armes covinentment tro al mes de mayg primer vinent. El senyor rey plàcia-li de provehir e de acorrer ans que maior mal segir se puga, car més val dar consell al petit mal que tan fos ençès e abraat bonament dir no si poria. E aquestes coses si us plau vós pus largament ho digats al dit senyor rey axí com aquell que.n sots plenament infformat. E si en Ramon de Cardona, governador, serà ab lo dit senyor rey fets que les dits

capítols sien lests denant lo dit senyor rey, present lo dit governador^g.

Ítem, que miser Nicholós et misser Danyan Doria no volgren reebre aquell aquí. L'Almedo fou venut per la terça part, per moltes letres que.n agués del dit lochtinent. //

Ítem, que.ls dits Nicholoso et Danyan han meses et firmades fints o ver termens dins lo territori del senyor rey en gran prejuhí et menys preu d'aquell.

Ítem, que alguns crimosos qui aien comès alcun excés en la iuridictió del dit senyor rey los dits Nicholos et Danyan, requestes, remetre no volen, ans poch ha en frau et en menys preu ne leixaren anar I de la presó maliciosament.

Ítem, que no volen fer o ver retre justícia a alcun català ho aragonès de deute degut per ells o lurs gens.

Ítem, que prenen et fan pendre los officials del rey qui guardaven los camins, et contra aquells proceexen [...^h] aquells restituir volen, bèn com requestes ne sien.

Ítem, que.s [dit] firmament que.l dit miser Nicholoso deu del present mes [de] febrer tornar lo castell al [mont] de Jave, lo qual l'any present [...ⁱ] aderroc[at] [...^j] força del governador [...^k]ço ha haüda I letra el iutge d'Arborea de I seu amich qui està en terra Doria, que, passat lo present mes de febrer, lo dit castell se deu començar, axí com dit és, pel qui.l iutge e.l dit lochtinent nos enformat.

Ítem, que.ls sassereses foragitats manasen tots sa e la hon se troben que per lo mes de març prop vinent deven recobrar la ciutat de Sàsser et lurs posesions et els catalans seran tots tallats a peçes.

^a *così nel testo* ^b 3 lettere circa ^c 1 lettera ^d 3 lettere circa ^e 1 lettera ^f 3 lettere
^g E aquestes coses... lo dit governador, *barrato con righe trasversali* ^h 2 lettere ⁱ 2 lettere ^j 2 lettere ^k 3 lettere

265

1332, marzo 5, Castell de Càller

Sanxo Aznarez d'Arbe e Bernat ses-Pujades informano il re Alfonso sui preparativi militari dei Doria e dei Malaspina contro la Corona in Sardegna. In un certo saltu disputato fra Doria e Malaspina (ci si riferisce molto probabilmente al Salt de Piano, di cui al doc. 264) si erano radunati alcune volte, tra le due parti, più di 1.400 uomini a cavallo e una gran quantità a piedi. I Malaspina avevano chiesto l'aiuto di Sanxo Aznarez d'Arbe, luogotenente del governatore del regno, e del veguer di Sassari, per attirarli in una trappola. Pareva, inoltre, che in Corsica fossero state allestite 25 galere nemiche: «Sobre I salt de que contrasten se són ajustats algunes veguades, entre una part e altre, més de MCCCC hòmens a caval, e gran imfinitat de peu, e cren-se assats prop los uns dels altres e anch nos mesclaren ni.s feren altre dan. E aquels de Malespina havien firmat dret en poder de mi, Sanxo Asnares, con a lochtinent de guvernador e del veguer de Sàsser, e requerien-me que.ls aydàs a deffendre e, segons sospita e presumpció, no.u feyen per altre si no que si.y anassem que.ns aucuessen. E axí, senyor, plàcia a la vostra excel.lència en aquestes lus manerés pensar e proveir segons que a la vostra senyoria parrà faedor. E siats cert, senyor, que les gualers lus són ia armades e aparaylades. E encara havem ardit que n.a ia XXV en la ila de Còrsegua, mas emperò non som bén certs.»

Allegata alla presente è una carta con due scritti anonimi redatti a Pisa, datati rispettivamente 28 e 27 gennaio, rivolti al re d'Aragona. Tra le altre cose, si riferisce che i Pisani erano in guerra in Lunigiana, poiché Manfredi di Vivaldo, signore di Lerici¹, aveva sottratto loro i villaggi di Trebiano e Ameglia. Dalla parte di Manfredi vi erano Federico, Azzone e Giovanni Malaspina di Villafranca e Giovanni Malaspina di Mulazzo; dalla parte dei Pisani il vescovo di Luni. Si rivela, inoltre, che i Doria e alcuni esponenti dei Malaspina appoggiavano in Sardegna l'azione di Nicolò e Galeotto Doria.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Alfonso III*, n. 1.503, caja 12.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 124.

[*Carta allegata*]

Le novelle di qua sonno che'l re di Boemmia è a Parigi e aspec-

tassi d'esser di qua di presente. Noi ne facciamo di qua grande apparecchiamento di soldare cavalieri e pedoni, molto se ne teme che di qua sonno per esser grande novitade, compagnia e facta con lo legato e re Roberto, e li signori de La Schala, e quello di Mantova e Melana, e Como e Tortona, e altre città assai di Lombardia, e Bologna, e tutte le terre guelfe di Toschana, et sagramento àno fatto d'esser in contra ogni signore che venisse in Lombardia o in Toschana, et noi credo che seremmo con loro. In Lunigiana àno li Pisani grande guerra e folla. Manfrede di Vivaldo che è signore di Lerici, che ci à tolto una terra che si chiama Tribiano e La Meglia, l'una solea esser sua e l'altra del veschovo di Luni. Tiene con lo detto Manfre', messer Frederico, Asso e Iohanni, marchesi, e Iohanne di messer Franceschino. Con li Pisani si tieni lo vescho di Luni, e lo fratello, e Spinetto e lo fratello, e li figlioli di messer Franceschino, vechio marchesi, e ciaschaduno si apparecchia e bandisci oste. Noi Pisani soldiamo cavalieri quanto possiamo e mandiamo di là, e uno citadino di populo abbiamo mandato in Lombardia per soldare gente da cavallo, di qua sonno per esser grande novitade in questa primavera. Dato in Pisa addì XXVIII di gennaio. //

Dicessi anche che'l soprascritto Vivaldo con la sua compagnia e con la gente che àe soldato, si ne va in Lunigiana, e si dice che vanno ad Genova, e si dice che vanno a li marchesi, e si dice che vanno a li signori Doria. Ora ò sapputo che alcuno de li marchesi passa in Sardigna e passano li signori Doria cioè dala parte di messer Nicoloso, e dala parte di messer Galeotto, ad intencione di fare deli facti loro. Acci novelle ferme che lo re di Boemia fue lo dì di Pascha di Natale in Parigi col re di Francia, messer lo papa si parte d'Avignione e vieni ad stare in Bologna per paura che si dice che elli àe di non trovarsi subtta la força del re di Francia. Dato a Pisa adì XXVII di gennaio.

¹ Cfr. Manfredi Vivaldi, capitano dei fuoriusciti di Pisa, citato negli *Annali pisani* di Paolo Tronci relativamente all'anno 1330: cfr. P. TRONCI, *Annali Pisani*, 2^a ed., I-II, Pisa 1868-1870.

266

1332, luglio

Il giudice di Arborea Ugone II dà istruzioni al suo ambasciatore presso il re d'Aragona. Tra le altre cose, indica i Malaspina, con i Doria e i Pisani, tra i nemici della Corona.

F.C. CASULA, *Carte*, n. 220.

267

1332, luglio 16, Cagliari

Il governatore Ramon de Cardona informa Bonanat ça-Pera, consigliere e guardasigilli del re, delle indagini disposte dal sovrano sui Malaspina, accusati di avere legami con Ludovico il Bavaro e con l'antipapa Nicolò V in terraferma, e di tramare contro l'autorità regia in Sardegna.

In un quaderno allegato viene ricostruita l'origine e la tradizione dei possedimenti dei Malaspina in Sardegna.

Originale [A], ACA, *Cancilleria, Cartas Reales Alfonso III*, n. 1.956, caja 14.

Edizione: quaderno allegato, F.C. CASULA, *Carte*, n. 175.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 175.

[*Quaderno allegato*]

Terra Marchionum, quam nunc habent, in Sardinia, fuit primitus domini Corrali Malespine, qui dictam terram habuit in dotem pro domina Urica uxore sua.

Predictus Corralus postea divisit dictam terram in tres partes, de quibus sibi retinuit unam, et reliquam contulit domino Marruello Malespine, et residuam terciam domino Mamfredo Malespine, qui erat frater dicti Maruelli, et erant isti duo consanguinei germani dicti Corrali. Postea fuit mortuus dictus Corralus absque herede et remansit sua tercia pars predicta cuidam suo germano nomine dominus Opicinus, et in dicta tercia parte que remansit dicto domino Opicino dicitur habere septimam partem dominus Esnardus Malespine.

Postea fuit mortuus dictus dominus Maruellus, et successit eidem in dicta tertia parte dominus Francesquinus Malespine. Quo domino Francesquino mortuo, successit eidem Iohannes Sardus eius filius, et iure successionis ad illum spectat dicta tertia pars, qui nuncquam pro dicta tertia parte prestitit homagium domino regi, nec alias eius dominium recognovit.

Dictus dominus Mamfredus fuit mortuus cui successit dominus Murrueillus eius filius. Mortuo dicto Murruello successerunt eidem dominus Mamfredus et dominus Iohannes eius filii, ad quos spectat dicta tertia pars, et nuncquam pro eadem tertia parte presterunt homagium dicto domino regi, nec alias eius dominium recognoverunt.

Domino Opicino predicto mortuo successerunt eidem dominus Fredericus, dominus Asso // et dominus Iohannes filii sui pro tertia parte.

Et in residuo dicte tercie partis dominorum Frederici, Açonis et Iohannis habet tertiã partem dominus Isnardus Malespine dicti domini Opici, qui dictus Isnardus nuncquam prestitit homagium dicto domino regi. Et ab isto Isnardo emit dominus Iudex certam partem quam habebat in Bosa.

Ex quibus inferri videtur quod due partes dicte terre quam dicti marchiones tenent in Sardinia sint comisse domino regi quia per illos ad quos spectant, hucusque dominium regium recognitum non existit, et etiam sit comissa illa pars pertinens in dicta tertia parte domino Isnardo filio dicti domini Opicini. Et domini Fredericus, Aço et Iohannes qui sine iusto titulo dictas partes hucusque tenuerunt et detinent occupatas videntur teneri ad restitutionem fructuum ab eo tempore citra qui dicte partes propter dominium regium non recognitum comisse fuerunt. Nec ad hoc videtur obstare nova infeudacionis concessio per dominum regem facta predistinctis Frederico, Açoni et Iohanni, nam si inspiciatur tenor instrumenti infeudacionis predicte dicti tres fratres, aut unus pro omnibus, renunciavit predictis terris et eas misit in manus domini regis, tanquam illis insolidum pertinerent nulla mencione habita de prenomatis personis in eisdem terris habentibus, ut predictur, partes certas et infeudacio subsequens fundamentum ex

dicta renunciacione, capiens de iure alterius nullam mencionem fecit, quale non potest nec debet se extendere ad ea de quibus in renunciacione nec in concessione non extitit cogitatum.

268

1332, novembre 4, Sassari

I consiglieri di Sassari mandano una richiesta di aiuto al governatore Ramon de Cardona, segnalando una serie di eventi criminosi che avevano visto coinvolti i sudditi dei Malaspina. Nel mese di maggio del 1332 erano state rubate dieci giumente pregne di proprietà di Berenguer Marquès, delle quali cinque prese da Fabiano Doria (figlio di Raffetto), le altre da Arzocco Pischella, parente di Vivaldo de Çhori, abitante nei possedimenti dei Malaspina. Nel mese di ottobre erano state sottratte da Arzocco Pischella due giumente con due puledri, sempre di proprietà di Berenguer Marquès. Quest'ultimo aveva mandato un uomo a cercarle, che fu tenuto prigioniero dal Pischella per due giorni. Successivamente era stato liberato, ma con la minaccia di essere appeso ad un albero se fosse tornato a richiedere le giumente.

Originale [A], ACA, Cancilleria, Cartas Reales Alfonso III, n. 2.034, caja 16.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 187

Cfr. A. CASTELLACCIO, *Aspetti di storia italo-catalana*, Cagliari 1983, p. 94 (ipotizza si tratti di un Berengario Malaspina).

*269

<ante 1332, dicembre 18>

I due "riformatori" Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir assegnano a Pere Grimalt, in pagamento di una somma a lui dovuta dalla corte regia¹, un saltu situato nel territorio di Sassari, per la maggior parte nella valle di Maschara (oggi Mascari), sequestrato a Corrado Espesso, espulso da Sassari e figlio del fu Mariano Espesso, che aveva posseduto lo stesso saltu per più di quaranta anni.

Citato in docc. 270 e 304.

¹ Si trattava di 700 lire: cfr. doc. 311 (il dato è extra regesto).

270

1332, dicembre 18, Valencia

Il re Alfonso ordina al governatore Ramon de Cardona di assegnare a Pere Grimalt il saltu di Mascari di cui al doc. 269. Lo stesso Grimalt aveva riferito al sovrano che Giovanni Solina, vicario dei Malaspina, aveva fatto seminare il detto saltu, promettendo di dare al Grimalt la parte a lui pertinente «ad consuetudinem boni cultoris». Tuttavia, arrivata la stagione delle messi e raccolto il grano, il suddetto Giovanni Solina si era rifiutato di consegnare al Grimalt quanto promesso, sequestrando tutto il grano. Pere Grimalt si era rivolto quindi al veguer e castellano di Sassari Ramon de Montpaó, il quale aveva fatto porre sul cumulo del grano un pennone regio e stimare il detto raccolto, valutato in 850 rasieri di Sassari. Successivamente il De Montpaó aveva inviato uno scudiero insieme ad un saggio (sorta di ufficiale giudiziario, esecutore degli ordini), con carri e animali per recuperare il grano e consegnarlo al Grimalt. Ma mentre veniva caricato il grano, era accorso Giovanni Solina con una comitiva armata che era riuscita a sottrarre il grano allo scudiero e al saggio, buttando il pennone regio in un fiume. Pochi giorni dopo Giovanni Solina era stato catturato e imprigionato, ma Grimalt non era riuscito ugualmente ad entrare in possesso del saltu. Il catalano si era quindi rivolto a Sanxo Aznarez d'Arbe, allora luogotenente del governatore, che aveva convocato Giovanni Solina, il quale inizialmente asserì che sul detto saltu avevano diritti i Malaspina, poi confessò di conoscerne l'originaria proprietà da parte degli Espesso di Sassari. Sanxo Aznarez d'Arbe aveva sentenziato che Giovanni Solina non reclamasse il possesso del detto saltu, né vi raccogliesse grano fin quando non avesse dimostrato la legittimità dei diritti dichiarati. Non essendosi presentato nessuno a fornire tali prove, Sanxo Aznarez d'Arbe aveva ingiunto al Solina di restituire al Grimalt la parte di grano spettantegli. Solina tuttavia aveva fatto raccogliere e portare via il grano e, pur avendo apparentemente abbandonato il saltu, lo aveva fatto di nuovo seminare, atto conclusivo della lunga diatriba che aveva determinato le proteste du Pere Grimalt presso il re Alfonso.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 515, ff. 41, 2°-42.
Regesto: A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 308 (erroneamente datato 1333, gennaio 18).

271

1332, dicembre 18, Valencia

Il re Alfonso dà disposizioni al governatore Ramon de Cardona riguardo all'aiuto che devono prestare i prelati e i feudatari sardi, tra cui anche i Malaspina, in funzione della guerra con Genova.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 515, ff. 15-17v.

272

1332, dicembre 18, Valencia

Il re Alfonso chiede la collaborazione dei Donoratico, dei Doria, del vicario del Comune di Pisa in Sardegna e di Federico, Azzone e Giovanni Malaspina, in funzione della guerra con Genova e con il regno di Granada.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 515, ff. 25-25v.

*273

<ante 1333, febbraio 9>

I due "riformatori" Berenguer de Vilaragut e Bernat Gomir assegnano a Ramon de Palou, cittadino di Sassari, «quendam saltum, olim Leonardi de Vare et Iohannis Barberi sasserensium, vocatum Saltum de Archave, de Petras Ruyas, de Vulvare Duylastros^a, situm in confinibus districtus dicte civitatis».

Citato in doc. 274.

^a leggi d'Uylastros

274

1333, febbraio 9, Valencia

Il re Alfonso concede al cittadino di Sassari Ramon de Palou «guidaticum et securitatem», ponendo sotto protezione coltivazioni, bestiame e loro custodi relativamente al salto di «Archave, Petras Ruyas, de Vulvare Duylastros», in cui erano soliti coltivare e pascolarvi il bestiame anche gli abitanti di alcuni villaggi dei Doria e dei Malaspina, ostacolati ingiustamente dai catalani confinanti.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 515, ff. 52-52v.

Nos Alfonsus et cetera. Quia vos fidelis noster Raimundus de Palaciolo, civis civitatis Sasseris, nobis humiliter supplicastis quod cum vos, ex assignacione per nobiles et dilectos nostros Berengarium de Villari Accuto et Bernardum Gomir, reformatores per nos dudum ad insulam Sardinie destinatos, vobis facta, habeatis et possideatis, inter cetera, quendam saltum, olim Leonardi de Vare et Iohannis Barberi sasserensium, vocatum Saltum de Archave, de Petras Ruyas, de Vulvare Duylastros, situm in confinibus districtus dicte civitatis. Et aliqui degentes in aliquibus villis marchionum Malespine et illorum de // Auria circumstantibus dicto saltui, qui vellent venire ad ipsum saltum et inibi colere et seminare et ducere pecudes et bestiarum sua, timeant indebite per aliquos agravari, et propter districtum dicte civitatis et saltus aliqui catalani et aliqui circumstantes eiusdem civitatis nolint in dicto saltu culturam facere ullo modo, dignaremur vobis guidaticum et securitatem concedere infrascripta. Nos itaque volentes, ut convenit, vos dictum Raimundum, tanquam bene meritum, et vestros, favoribus prosequi graciosis, tenore presentis recepimus sub proteccionem nostram et guidatico speciali boves, equas, pecudes et quecumque alia bestiarum grossa et minuta quorumcumque fuerint intra saltum nostrum predictum existencia ac veniencia de vestro ac vestrorum beneplacito et permissu, nec non pastores et custodes eorum, frumentum, ordeum, segetes, spleta et quantumcumque culturam in ibi fiendam, ita quod nullus confidens de nostri gracia vel amore audeat seu presumat, dictos boves, equas, pecudes et alia quecumque bestiarum grossa aut minuta, eorumve pastores sive custodes infra dictum saltum invadere, capere, marchare, pignorarum ac eciam detinere, culpa crimine aut debitis alienis, nisi illi qui essent domini dictorum bestiarum, in ac de premissis culpabiles ac principales debitores fuerint aut fideiussorio nomine obligati. Quicumque autem temeritate ductus contra huiusmodi proteccionem et guidaticum nostram venire presumpserit, iram et indignacionem nostram ac penam quingentorum aureorum se noverit incurrisset, dampno illato premitus et plenarie restituto. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram vobis fieri et sigillo nostro pendenti iussimus comuniri. Datum Valencie, V idus februarii, anno Domini M CCC XXX II.

Clemens de Salaveridi, mandato domini regis.

275

1333, febbraio 13, Valencia

Il re Alfonso ordina al governatore Ramon de Cardona di indagare sulle numerose azioni di rapina commesse nelle strade che conducevano a Sassari da parte dei sudditi dei Doria e dei Malaspina e di avvertire questi ultimi di non provocare il re e di considerare come definitiva la situazione dell'Isola.

A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 315.

276

<1333, febbraio 13, Valencia>

Memoriale relativo a ciò che Ramon de Palou, cittadino di Sassari, avrebbe dovuto riferire al governatore Ramon de Cardona o al suo luogotenente per parte del sovrano d'Aragona:

«1) renda giustizia nelle questioni relative agli assalti dei briganti; 2) scriva ai Doria e ai Malaspina ordinando loro di far sospendere gli atti di brigantaggio, onde evitare che il governatore intervenga con punizioni esemplari; 3) scriva quanto detto sopra ai "mayors" e ai giurati delle ville in cui avvengono questi fatti; 4) faccia viaggiare alcuni uomini carichi di mercanzie e, nel caso siano attaccati, scappino e portino gli aggressori in un punto dove si troveranno appostati gli uomini del governatore. Questi ultimi prenderanno vivi o morti gli assalitori e, vivi, li custodiranno perché si faccia giustizia; 5) cerchi di prevenire gli omicidi e di risalire ai mandanti, dando esemplari punizioni; 6) catturi e condanni Vivaldo de Thori, poiché si sa che ha fatto uccidere due uomini a Sassari per denaro; 7) si adoperi affinché i malintenzionati abbiano minori possibilità di nascondersi nelle campagne».

A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 316.

277

1333, febbraio 27, Sassari

Guillem de Solà scrive al guardasigilli del re Bonanat ça-Pera, informandolo, tra le altre cose, del fatto che i consiglieri di Sassari Berenguer Marquès, Bonanat Vendrell, Jaume Toixó, Andreu d'Olot e Bernat ça-Cirera provocavano i Malaspina e i Doria con ordinanze illegittime, al fine di fare scattare interventi militari punitivi.

F.C. CASULA, *Carte*, n. 161.

278

<1333>, marzo 26, Sassari

Lettera dei consiglieri di Sassari al governatore Ramon de Cardona. Tra le altre cose, lo informano dell'assassinio dell'abate di S. Maria di Paulis, del quale ritenevano responsabile il vicario dei Malaspina che già in altre occasioni l'aveva minacciato.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Alfonso III*, n. 3.261, caja 21.

Rispetto alla datazione cfr. A. BOSCOLO, *Documenti*, n. 335 (1333, aprile 26), in cui è citato il defunto abate di S. Maria di Paulis Raimondo.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 382.

Citato in M.G. MELONI, *I Cistercensi nella Sardegna catalano-aragonese*, in *I Cistercensi in Sardegna. Aspetti e problemi di un Ordine monastico benedettino nella Sardegna medioevale*. Atti del Convegno di Studi, Silanus, 14-15 novembre 1987, Nuoro 1990, pp. 85-93, p. 90.

«Encara us fem saber, seynor, que han mort l'abat de Paules, lo qual tragueren del seu monestir, presents II cathalans qui ab ell eren, e menaren[...^a]-lo sen en I bosch e des[...^b]aren-lo, e a[...^c]guaren-lo. E és oppinió e fama [...^d]ica que.l vicari dels marqueses ho ha feit ffer per ço, car és cert que ja l'altra vegada li donà un buffet lo dit vicari e li posà la trotxa al pits.»

^a 2 lettere circa ^b 4 lettere circa ^c 2 lettere circa ^d 3 lettere circa con segno di abbreviazione superiore

279

1333, giugno 23, Montblanc

Il re Alfonso informa il giudice di Arborea, e nel contempo anche i Malaspina e i Doria, di aver disposto per ragioni di sicurezza che venissero fatti lungo tutte le coste, nei luoghi designati, continui fuochi di segnalazione, in un periodo compreso tra la festa della Beata Maria del mese di marzo (25 marzo) fino alla festa di San Michele (29 settembre).

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 515, ff. 114v-115.

Alfonsus et cetera. Egregio viro Ugoni, vicecomiti de Basso ac iudici Arboree, salutem et dileccionis affectum. Scire vos volumus nos pro insule Sardinie tutione et ne nostri inimici ex arrupto dicte insule et habitantibus in eadem ac bonis eorum possent dampna quomod[olibe]t subinferre noviter ordinasse quod in tota maritima nostra dicte insule, in locis per nos designatis, fiat farahones continue a festo Beate Marie mensis marcii usque ad festum Sancti Michelis sequentis. Et licet teneamus effirmo quod vos super [...^a] et locis nostris caute et sollicite providistis tamen exsuper ha- // bundanti hec vobis curavimus intimare. Datum in Monte Albo, nono kalendas iulii, anno Domini M CCC XXX tercio.

Petrus Luppeti, provisa in consilio per dominum regem.

Similis de verbo ad verbum et sub eodem calendario fuit missa nobilibus et prudentibus viris marchionibus Malespine.

Idem.

Similis de verbo ad verbum et sub eodem calendario fuit missa nobilibus et prudentibus viris dominis de Auria.

Idem.

^a 5 lettere circa

280

1333, settembre 14, Lleida

Il re Alfonso scrive al governatore Ramon de Cardona, esprimendo preoccupazione per le leghe che Genovesi, Pisani, Doria e Malaspina ordivano contro la Corona.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 516, ff. 169v-170.

281

1333, settembre 14, Lleida

Il re Alfonso scrive al giudice di Arborea Ugone II, esprimendo preoccupazione per le leghe che Genovesi, Pisani, Doria e Malaspina ordivano contro la Corona.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 516, ff. 170v-171.

282

1333, settembre 17, Lleida

Il re Alfonso scrive ai consiglieri e probiviri di Sassari, ai quali assicura il pronto intervento del governatore contro le attività criminose di Doria e Malaspina contro gli abitanti della città.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 516, ff. 171, 2°-172.

283

1333, settembre 17, Lleida

Il re Alfonso scrive al governatore Ramon de Cardona sulla questione di cui al doc. 282.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 516, ff. 172, 2°-172v.

284

1334, maggio 30, Teruel

Il re Alfonso scrive al castellano di Osilo Dalmau d'Avinyó, al quale per i suoi grandi meriti viene assegnato a vita il castello predetto, salvo il caso in cui lo stesso dovesse essere restituito ai Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 517, f. 34v.

285

1334, giugno 28, Sassari

Tregua stipulata tra il governatore Ramon de Cardona e Filippo Medico, abitante di Alghero, procuratore e sindaco dei Doria e nell'occasione rappresentante anche dei marchesi Malaspina.

Copie semplici: [C], ACA, *Cancillería*, *Papeles por incorporar*, caja 3;
[C¹], ACA, *Cancillería*, *Papeles por incorporar*, caja 22, n. 480, ff. 1-2.

Tregua facta inter officiales regios et homines Alguerii^a.

In nomine Domini. Noverint universi quod die et anno et testibus infrascriptis, in presentia egregii et potentis viri domini Raimundi de Cardona, gubernatoris generalis et cetera, comparavit venerabilis et discretus Philipus Medici, habitator et burgensis Alguerii, procurator et syndicus egregii viri Branchaleonis de Auria et nobilis viri Isnardi de Auria, tenentis locum nobilis viri Isdraelis de Auria, potestatis Alguerii, pro egregiis viris dominis de Auria, necnon totius universitatis Alguerii, prout de procuratione sua et syndicatu fidem fecit plenariam per instrumentum publicum confectum in Alguerio, XI die mensis iunii, anno subscripto, inditione secunda secundum cursum terre Alguerii, et clausum per manum Francisci de Silva, notarii publici auctoritate regia. In quo instrumento plena potestas et baylia per dictos principales ad tractanda et facienda infrascripta eidem Philippo Medico est concessa, et quod instrumentum de voluntate eiusdem Philippi penes dicti domini gubernatoris curiam est retentum. Et nominibus quibus supra cum instantia supplicavit eidem gubernatori quod tregam dumtaxat habitam et conductam inter ipsum dominum gubernatorem, ex una parte, et dictum Philipum Medicum, nominibus quibus supra, ex altera, prorogare et

refirmare, aut novam treugam concedere de benignitate solita dignaremur^b. Offerens se paratum ex potestate sub se hiis attributa consimilem treugam concedere et donare eidem domino gubernatori et omnibus aliis gentibus dicti domini regis super cuius supplicationis instantia deliberantium^c retenta per dictum dominum gubernatorem, necnon habito postea cum dicto procuratore seu sindico mediantibus nobilibus et quibusdam aliis notabilibus presentis colloquio et tractatu. Dictus dominus gubernator, // ex una parte, et dictus Philippus Medicus, procurator et syndicus qui supra, ex altera, ad talis treuge concessionis formam concorditer devenerunt, videlicet quod dictus dominus gubernator, auctoritate^d quo fungitur, cum testimonio presentis publici instrumenti concessit dicto Philippo Medico, procuratori et sindico supradicto, ac nomine illorum quorum procurator et syndicus existit, legitime stipulanti et recipienti, treugam et treuge securitatem et tranquillitatem, tantum et tamdiu ex nunc inantea duraturam donec a dicto domino rege mandatum susceperit per nuntium vel per epistulam de procedendo contra terras et homines de Auria et, postquam ipsum mandatum susceperit, quod teneat^e et debeat illud denunciare per litteram Branchaleoni, potestati, vel eius locumtenenti et universitati Alguerii. Et post denuntiationem, predictam treugam etiam adhuc duret per quinque dies a die et hora dicte denuntiationis continue, subsequentes. Promittentes, bona fide, quod interim non inferet aut inferri faciet, consentiet, aut permitet ullam molestiam, iniuriam seu offensam contra prenominos principales aut homines Alguerii, Montisleonis, Nuracarii et Capodabbas, aut bona eorum. Immo siqui vassalli aut subditi dicti domini regis contra loca, personas et bona predicta in isto intermedio temporis contrafacerent eos puniet aut ad puniendum posse suum faciet cum effectu tanquam fractores treuge et pacis, iustitia mediante. Et dictus Philippus Medicus, ex potestate sibi super hiis, ut premititur, attributa, tanquam procurator et syndicus supradictus, concessit et donavit dicto domino gubernatori et omnibus subditis et vassallis eiusdem domini regis, et michi notario infrascripto, nomine illorum quorum interest aut interesse poterit, legitime stipulanti et recipienti, treugam et treuge securitatem et tranquillitatem, tantum et tamdiu exnunc inantea duraturam donec dominus Marianus et dominus Fabianus et dominus Damianus de Auria, ex una parte, et dominus Casanus et dominus Galeotus et dominus Barnabos

de Auria, ex altera parte, aut duo ex prenominatis, videlicet unus de nominatis primo loco et alter de nominatis secundo loco, ad Castrum Ianuense, vel ad Alguerium, aut ad alias partes terrarum dominorum de Auria, in insula Sardinie situatarum, provenerint. Et postquam provenerint, quod potestas et universitas Alguerii teneantur et debeant adventum illorum denuntiare per litteram dicto domino gubernatori, vel eius locumtenenti. Et post denuntiationem predictam treugam^f et^g adhuc duret per quinque dies a dicte denuntiationis die et hora continue subsequentes. Promittentes, bona fide, nominibus quibus supra quod principales predicti, quorum procurator existit, interim non inferent aut inferri facient, consentient seu permittent ullam molestiam, iniuriam seu offensam contra prenomiatum dominum gubernatorem aut contra subditos et vassallos seu terras dicti domini regis aut bona ipsorum. Immo siqui homines aut subditi ipsorum predictorum // principalium aut districtus eorum contra loca, personas et bona eiusdem domini regis in isto temporis intermedio contrafacerent, dicti principales sui eos punient aut ad puniendum eos posse suum facient cum effectu tanquam fractores treuge et pacis iustitia mediante. In cuius treuge comissione^h dictus Philipus Medicus comprehendit et comprehendere intendit terras, loca, homines atque bona eorum egregiorum virorum dominorum marchionum Malespine. Quod fuit actum in civitate Sassari, in camera hospitii venerabilis viri Raimundi de Monte Pavone, ubi dictus dominus gubernator hospitatur, quarto kalendas iulii, anno Domini M CCC XXX quartoⁱ.

Et inde fuerunt facta dua publica instrumenta per alphabetum divisa, quorum unum fuit traditum dicto Philipo Medico et alterum penes dictum dominum gubernatorem retentum.

Testes nobilis Iacobus de Aragonia, Berengario Arnaldo de Angularia et venerabilis Raimundus de Monte Pavone, Bernardus de Senesterra et pluribus aliis.

^a Convenientie et promissiones facte inter nobilem Raimundum de Cardona quo gubernatorem et nomine domini regis, ex parte una, et procuratorem nobilium de Auria, ex altera, super treuga V dierum adinvicem duratura inter partes in C^l ^b dignaretur in C^l ^c deliberatione in C^l ^d auc-

toritate officii in C^l e teneatur in C^l f treuga in C^l g etiam in C^l h concessione in C^l i XXXIII segue XLIII depennato in C^l

286

1334, agosto 17, Sassari

Lettera del governatore Ramon de Cardona al re d'Aragona su alcune questioni riguardanti i Malaspina. «Els marqueses» (probabilmente Azzone, Federico e Giovanni Malaspina di Villafranca) avevano mandato un ambasciatore presso il re per ottenere la grazia, ma, secondo il De Cardona, i suddetti marchesi, che in quel momento detenevano tutto il patrimonio della famiglia, avrebbero dovuto avere solo un terzo dei possessi sardi e italiani; un altro terzo avrebbe dovuto averlo Giovanni Mulàs (cioè di Mulazzo) ed infine il restante terzo sarebbe spettato a Manfredi e Luchino.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Alfonso III*, n. 2.738, caja 23.

Regesto: F.C. CASULA, *Carte*, n. 273 (propone un regesto diverso del documento).

«Senior, jo Ramon de Cardona, besant vostres mans e peus humilment me coman en vostra gracia. Jassia, senior, que algunes vegades vos a escrit d'aquesta manera, però, car he entès no ha molts jorns que.ls marqueses de Malespina an tramès a la vostra presència cert embaxador lur per supplicar a vós, senior, que d'aquesta raó lur deiats fer gràcia. Per ço, senior, vos vull reduir a memòria lo dret que a vós pertayn en les lurs terres, non correstant concessió que de vós, senior, aien obtenguda. Per ço que ignorantement per vós, senior, no.ls fos feyta maior gràcia que bén leu no pensariets fer. Sàpia donchs, senior, la vostra excel·lència que Johan de Malespina, qui en altre manera és appellat Johan Mulàs, genre de Castrutxo de Luca, de una parte, e Manfrè e Luquí de Malespina, frares carnales, d'altra, en tot ço que.ls marqueses de Malespina tenen e posseexen axí en la jsla de Sardenya con en terra ferma, han o deven haver axí bona part, com los dits marqueses. Jassia que.ls dits marqueses o tingent tot occupat, però segons veritat no.ls hi pertayn si no tant solament la terça part, e al dit Johan Mulàs l'altre terça, e als dits Manfrè e Luquí altre terça, cor los pares dels dits Johan, d'una part, e dels

dits Manfrè e Luquí, de l'altra, eren germans e eren cusins germans del pare dels marqueses que vuy tenen e posseexen.».

287

1334, agosto 31, Teruel

Giovanni Malaspina scrive al re Pietro IV, comunicandogli di aver saputo che Mastino della Scala, signore di Lucca, aveva venduto la stessa città a Firenze per il prezzo di 100.000 fiorini, suscitando la reazione armata di Pisa, che aveva posto l'assedio a Lucca, e l'intervento del re Roberto d'Angiò al fianco di Firenze. Il marchese riferisce quindi di volersi recare a Pisa per accertarsi personalmente della situazione ed informarne il sovrano aragonese, avendo già chiesto e ottenuto, tramite procuratore, l'avallo dello stesso Pietro IV.

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Cartas Reales Pedro III*, n. 3.913, caja 29.

Nel verso: «Iohannes marchio Malaspine».

Rispetto alla datazione cfr. L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 147; riguardo al giorno, un'abrasione della carta non consente di chiarire se vi sia un'altra cifra accanto a «I».

Regesto: L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 147.

Serenissime princeps et domine, vestre serenitati presencium serie cupio reserare me relacione veridica necnon liberatoria suscepisse quodadmodum nobilis Mastinus dela Scala, cuius dominio civitas luchensis subiscere noscebatur, ipsam civitatem civitati florentine, precio centum mille florenorum, pridie venditionis titulo concessisse. Cuius pretextu huiusmodi negociis ad noticiam comunis civitatis pisane deductis, eadem pisana civitas, pacis et tranquillitatis federa inter ipsam, ex una parte, et civitatem florentinam prehabitam, ex altera, violans seu infringens, predictam civitatem luchanam obsessit, et in obsidione ipsa firmiter perseverat, satagens ipsam civitatem luchanam potenter et viriliter occupare. Similiter e contraverso predicta florentina civitas, volens prefate luchane civitati suum prestare presidium et iuvamen, racione empconis predictae, se modo hostili fortissime preparavit, in predictam obsidionem seu exercitum veniendo, ita finaliter quod predictarum duarum civitatum florentine et pisane circa dictam civitatem luchanam sic exercitus constituti hostendunt occasione predicta, se velle adinvicem habere conflictum. Verum[tamen] in hiis exortis discriminibus inter civitates predictas, dominus rex Robertus et tota pars guelfa instat pro parte florentine civitatis predictae, huiusmodi defensionis materiam, credo fore diuturno tempore duraturam. Quo-

circa, princeps excellentissime, iudicio [...] tempus adest quo deberetis et valeretis negociis et statui insule vestre Sardinie comode providere, supplicans ubere vestre apici quod hoc eceptum meum sincera mente dignetur assumere et minime ad minima notare audaciam, cum veraciter ex zelo pure devocionis proced[atis]. Scientes, princeps illustrissime, quod ego nunc de presenti me transffero ad dictam civitatem pisanam, intendens partes Tuscie visitare et me de predictis negociis certius informare, deindeque vestram dominationem meis litteris reddere certiores. Et quia nuncius meus in vestra curia fuit favorabiliter receptatus et vestra regia celsitudo in meis negociis, piam, graciosam et benevolam se hostendit, ipsi deinde humillime et reverencia subiectiva reffero acciones uberes gracionum. Altissimus conservet personam vestram felicissimam in sui gracia et favore post vitam longissimam ve carentem cum inimicorum vestrorum gloria, victoria et triumpho.

Vester humilis subditus et devotus Iohannes, marchio Malespine, manuum osculis, se vestre mercedi et gracia recomendat humillime genu flexo.

Scriptum Sasserri, I^b die septembris^c.

^a 3 lettere con segno superiore di abbreviazione ^b forse II ^c septembris incollato con Scriptum Sasserri, I die e con Vester humilis... genu flexo

339

1341, ottobre 20, Valencia

Il re Pietro IV risponde a Giovanni Malaspina riguardo alle notizie relative ai contrasti insorti tra Pisa e Firenze di cui al doc. 338, chiedendo al marchese di tenerlo costantemente aggiornato sulla questione.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1011, f. 137, 1°.

*340

<ante 1341, ottobre 25>

Il vicegovernatore del regno di Sardegna Ramon de Montpaó invia

dei capitoli al re Pietro IV relativi alla successione di Giovanni Malaspina e ai caratteri della signoria sarda del marchese.

Citato in doc. 341.

341

1341, ottobre 25, Valencia

Il re Pietro IV scrive al vicegovernatore del regno di Sardegna Ramon de Montpaó, impartendo una serie di disposizioni in risposta ad altrettanti capitola precedentemente inviati dallo stesso vicegovernatore. Tra le altre cose, il sovrano ordina che se Giovanni Malaspina fosse morto senza prole legittima, la curia regia si sarebbe dovuta impossessare dei suoi territori finché non fosse stato dichiarato che dovesse succedergli il figlio naturale. Rispetto poi alla questione di presunte restrizioni imposte dal marchese ai propri sudditi sardi, il re dispone di tenere una linea di prudenza, per non entrare troppo negli affari interni dei Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1011, f. 137v.

«Quo vero ad ea de quibus a nobis certum fieri postulastis, quid de marchioni Malespine, absque legitimis liberis decedente, volumus et mandamus fieri de baronia eiusdem, vobis notum fieri volumus per presentes intencionis nostre existere quod isto casu per vos vel gubernatorem qui nunc est, vel pro tempore fuerit, predictam baroniam recipiatur ad manus curie nostre, donec fuerit declaratum an quidam dicti marchionis filius naturalis succedere valeat in eadem. Vos interim vero de predictis secrete peritos tam intra quam extra dictam insulam consulatis.

Quantum autem ad ea, que idem marchio, ut asseritis, intendit ipsum posse, vigore infeudacionis sibi de dicta baronia facte, suos maletractare sardos et eciam inhibere ne de ipsa baronia granum aliquod absque sui licencia extrahatur, super quibus cum terrore dicti marchionis et sardi predicti ad nos vel nostros officiales desiderant appellare superque oporteat ipsi marchioni redimere pro obtinenda ab eo licencia dicte trete et ex hiis perconsequens iura et iuridicionem regiam multipliciter intenditis enervari nostram scire petitis voluntatem, vobis presentibus repondemus quod si marchio sepedictus et sui predecessores ab antiquo et hactenus usi

fuerunt, ea dissimulare curetis, si vero noviter uti incepit eisdem, ei precipimus et volumus iniberi, ne decetero faciat vel committat predictas vel alias in preiudicium regium indebitas novitates.».

342

1342, agosto 5

Il registro del veguer di Sassari Pere d'Avinyó informa del fatto che un certo Gomita de Vare esportava illecitamente grano, orzo e fave verso Alghero (possesso dei Doria) e verso le terre del marchese Malaspina, ignorando l'ordinanza regia che lo proibiva rigorosamente.

P. ROQUÉ FERRER, *Dinámicas sociales y dinámicas penales en Sassari (1342-1343)*, in *Gli Statuti Sassaesi. Economia, Società, Istituzioni a Sassari nel Medioevo e nell'Età Moderna*. Atti del convegno di studi Sassari, 12-14 maggio 1983, a cura di A. Mattone e M. Tangheroni, Cagliari 1986, pp. 283-302, pp. 283-302, p. 299.

343

1342, settembre 16

Il nunzio e collettore pontificio in Sardegna Johan Amalrici consegna al marchese Malaspina, tramite Margellus Mamblas 6 soldi di alfonsini.

P. SELLA, *'Rationes decimarum Italiae' nei secoli XIII e XIV. 'Sardinia'*, Città del Vaticano 1945, n. 1.203.

344

1342, settembre 22, Pisa

Vanni Pighinelli, locatario di S. Leonardo di Bosove (presso Sassari) e procuratore del monastero di Ognissanti di Pisa, dichiara le spese sostenute e manifesta la volontà di rescindere il contratto di locazione dal prossimo 1° di ottobre. Tra le altre cose, si apprende che il suddetto Pighinelli aveva versato a Biagio, fattore del marchese Malaspina, 3 lire e 19 soldi «pro salto ad hoc ut item pasturaret bestiamen», nonché 4 lire «in trebbiari faciendo granum marchionis». Si afferma, inoltre, che il catalano Pere Gomarell possedeva 2/3 della

chiesa di S. Elena di Bangios, «que est in terra marchionis», mentre 1/3 apparteneva a S. Leonardo di Bosove.

R. BROWN, *Monastic decline in Sardinia: S. Leonardo di Bosue (Sassari) 1300-1401*, in "Papers of the British School at Rome", LIII (1985), pp. 329-341, pp. 331 e 340-341, doc. II.

Cfr. anche V. SCHIRRU, *Le pergamene relative alla Sardegna nel Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta dell'Archivio di Stato di Pisa*, in "Archivio Storico Sardo", XLIII (2003), pp. 61-339, n. LVIII.

Vannes Pighinelli scriptus pro se et suo nomine proprie et tamquam pater et legitimus administrator scripti Jacobi filii sui, dictis nominibus, coram me Orlando notario et testibus infrascriptis dixit et asseruit et declarando denunciauit uenerabili domine, domine Iohanne Zaccie abbatisse predictae dicto nomine in persona tunc ad grates ferreas parlatorii dicti monasterii existenti pro dicto monasterio et conuentu et apud dictum monasterium publice et alta uoce cum proclamatione, quod ipse Vannes Pighinelli ad hoc ut ipse et dictus Jacobus eius filius habere possent possessionem aliquorum bonorum ex scriptis bonis dederunt et soluerunt Guiducello Ursi libras octo Ian. paruorum pro usuris librarum quinquaginta octo dicte monete, quas dictus Guiducellus asseruit se mutuasse pro Guidoni Sardo tunc procuratori dictorum monasterii conuentus et hospitalis; et notario Margarito pro usuris librarum quindecim dicte monete; et pro penthione domus in qua dictus pro Guido fecit uendi uinum soldos quinquaginta dicte monete; et pro salto ubi uacce pastorate fuerunt usque ad kalendas martii domino Ramondo Inpalo soldos trigintaquinque dicte monete; et etiam dicta occasione pro tempore usque ad kalendas octubris proximas uenturas libras quatuor dicte monete; et per reparatione domus dicti hospitalis et eius tecti soldos quinquaginta octo dicte monete; et pro agutis operatis in dicta reparatione et lecteriis sex libras quatuor et soldos duodecim dicte monete; et Blaysio factori marchionis pro salto ad hoc ut item pasturaret bestiamen libras tres et soldos decem et nouem dicte monete; et cuidam Iudici Catulario occasione appellatores cause legatis libras duas et soldos octo dicte monete; et notario legati pro processibus et aliis libras tres et soldos quindecim dicte monete; et retro (notario?) pro appellatione quam fecit Bonifatius misit libras sex dicte monete; et Bartholomeo magistro molendinorum dicti hospitalis pro sex

mensibus temporis Guidonis Sardi libras sex dixte monete; et in reparatione molendini occasione diluuii de mense Aprilis soldos trigintatres et denarios sex dicte monete; et in reparatione molendini Persurreche soldos quinque dicte monete; et in reparatione molendini Uinache et tecti eius soldos decem et octo dicte monete; et in reparatione ruote molendini Custine soldos decem dicte monete; et in reparatione molendini Ualditoto soldos tredecim dicte monete; et pro euacuatione riui omnium molendinorum libras tres dicte monete; et libras septem et soldos decem dicte monete quas dicti Vannes et Jacobus dimiserunt Henriguccio et Johanni pro dampno (que?) receperunt occasione diluuii; et soldos triginta dicte monete quos dicti Vannes et Jacobus dimiserunt Guillielmuccio et Jacomino dicta occasione; et pro eo quod dicti Guillielmuccius et Jacominus dimiserunt ortum occasione dicti diluuii pro sex mensibus unde ipse Vannes et Jacobus dampnificantur libras quinque dicte monete; et in reparatione murorum uinee et orti expendiderunt soldos duodecim dicte monete; et Augustino Urso dimiserunt occasione dicti diluuii libras quatuor dicte monete occasione orti, quem ortum dictus Augustinus dimisit et inde annuatim soluct(. . .) librarum [] dicte monete; et Johannellus ortulanus secessit cum penthione librarum decem dicte monete; et in trebbiari faciendo granum marchionis dederunt at soluerunt libras quatuor dicte monete; et Guillielmo Dolchese pro salto ubi pascet bestiamen quia dicit quod est suum libras tres dicte monete; et Bernardo Sulieri catalano procuratori occasione litis seu cause legati libras decem dicte monete; et pro restauo eius quod me Vannes et Jacobus non habuerunt a seruis dicti monasterii, que sunt uigintitres ad rationem librarum trium dicte monete pro singulo uiro et pro singula femina soldorum triginta dicte monete; et pro restauo eius quod tenetur contra debitum rationis de bonis dicti monasterii, uidelicet Auellanus catalanus tenet unum saltum positum in Tauerna et terram lauori(?) de qua ipse Auellanus annuatim percepit libras octo dicte monete et raserios sedecim grani; et dominus Ramundus Impalo tenet unum saltum Sancti Georgii que dicitur Pietra Coperchiata et duo petia terrarum cum uinea prope Apriano; et Guillielmus Doro tenet unum petiam terre cum uinea quod dicitur Dialauesse quod est in Ualle Bonosi; et dominus Ramundus de Monpahone tenet saltum Carastri(?); et dominus Pierus Gomberella tenet quemdam ortum prope Fontanam Oligelli et in Bagno unam ecclesiam que dicitur

Sancta Lena que est in terra marchionis, cuius tertia pars est Sancti Leonardi; et etiam dederunt seu legatus habuit de bonis dicti monasterii uitellas duas extimationis et ualentie soldorum trigintaquinque dicte monete; et Gubernator habuit uitellos duos extimationis et ualentie librarum duarum dicte monete; et filius dicti Gubernatoris habuit unum uitellum extimationis et ualentie soldos uiginti dicti monete; et pro faciendo fieri unam argiuolam domino Ramondo Impalo soldos triginta dicte monete; et pro faciendo fieri unam aliam argiuolam domino Ramundo di Monpahone soldos triginta dicte monete; et pro faciendo fieri unam aliam argiuolam a grano et unam ab ordeo libras duas dicte monete; et pro anno presenti possessionem bonorum eis (. . .)torum non habuerunt seu habere poterunt uel alter eorum et quod fructus et redditus illorum bonorum de quibus ipsi Vannes et Jacobus possessionem habere poterunt non adstenderunt ad summam expensarum factarum. Et quod consideratis omnibus, ipse Vannes et dictus Jacobus eius filius sunt et fuerunt decepti per dictum Riccuccium syndicum dicto nomine ultra dimidium iuste penthionis et redditus in predictis et ipsi uel alter eorum non intendunt uel uolunt ulterius predictum uel aliquid eorum sibi locatam sive locatum a kalendis octubris proximis uenturis in antea rendere a dicto uel pro dicto monasterio pro scripta penthione seu redditu, cum dicta penthio et redditus non sit iusta. Id circo dictus Vannes Pighinelli, pro se et suo nomine proprio, et ipse idem Vannes, tamquam pater et legiptimus administrator predicti Jacobi filii sui, coram me Orlando notario et testibus infrascriptis predicte domine Johanne Abbatisse in persona pro dicto monasterio et conuentu et ipsum monasterium et conuentui apud ipsum monasterium publice cum proclamatione et alta uoce tunc ad grates ferreas parlatorii dicti monasterii et conuentus existenti et ubi consuetum est fieri stipulationem dixit et protestatus fuit quod ipse Vannes et et dictus Jacobus suus filius uel alter eorum non intendunt neque uolunt a dictis kalendis octubris proximis uenturis in antea conducere ulterius a dicto uel pro dicto monasterio predicta omnia et singula in dicta carta locationis sunt comprehensa et comprehenso in dicta carta locationis nec sunt in predictis rebus locatis uel aliqua earum a dictis kalendis octubris in antea ulterius entrare uel se aut alterum eorum in aliquo intromictere et quod pro anno presenti cum nichil inde habuit nec non habuit aliquis ipsorum possessionem pacificam eidem Vanni dictis nomine det liberam pos-

sessionem omnium que continetur in suprascripta carta locationis et cuiusque eorum. Et me Orlandinum notarium infrascriptum dictus Vannes Pighinelli dictis nominibus rogavit ut publicum inde conficerem instrumentum.

Actum Pisis in parlatorio dicti monasterii et conuentus. Presentibus Tingo quondam Bandi Bonicortis de cappella sancti Viti et Francisco filio Cini Pannocchie de cappella sancti *** pisanis ciuibus testibus ad hoc rogatis. Dominice Incarnationis Anno millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, Indictione decima, decimo kalendas octubris secundum cursum et morem pisanorum. Ego Orlandus filius quondam Ursi de sancto Felice cuius pisanus imperiali auctoritate Iudex ordinarius atque notarius predictis omnibus interfui et ea omnia rogatus rogavi scripsi et publicaui et meum signum et nomen apposui consuetum.

345

1342, settembre 23

Il nunzio e collettore pontificio in Sardegna Johan Amalrici invia Berenguer de Puig nelle diocesi di Torres e Ploaghe «pro exequacionibus faciendis contra nonnullos beneficiatos» delle predette diocesi, «una cum gentibus regiis et marchionis».

P. SELLA, *Rationes decimarum*, n. 1.206.

*346

<1342, settembre>

Giovanni Malaspina concede a Nicola de Martis, abitante del borgo di Osilo, di seminare il saltu di Suaredu, pertinente alla chiesa di S. Pietro di Gunneone («vigor cuiusdam sentencie late pro dicto marchione»).

Citato in doc. 387.

*347

<1339 - 1342>

Capitoli di Osilo emanati da Giovanni Malaspina e dai suoi predecessori. Se ne fa cenno in una lettera del re Pietro IV al vicario della

baronia di Osilo: «privilegia, libertates et capitula per dictum marchionem et eius predecessores eis indulta seu indultas, que inconcusse fuerunt eis inviolabiliter hactenus observata».

Citato in doc. 440.

Rispetto alla datazione, Giovanni Malaspina diventa nel 1339 unico signore dei beni sardi della famiglia (cfr. doc. 315); un documento del 22 settembre 1342 menziona Biagio, fattore del marchese (cfr. doc. 344); Giovanni Malaspina è già morto nel febbraio 1343, allorché il governatore del regno di Sardegna ordina l'assegnazione della *scribania* della vicaria di Osilo a Ponç de Loreda (cfr. doc. 351).

348

1340-1342

Secondo la prima redazione del Commento di Pietro Alighieri, figlio di Dante, Corrado Malaspina sposò «quendam nobilem dominam», la quale portò in dote al marchese la città di Bosa e il castello di Osilo. Dopo la morte della moglie, Corrado, non avendo eredi, «communicavit omnibus de sua domo» la città di Bosa e il castello di Osilo con i territori annessi.

I commenti danteschi dei secoli XIV, XV e XVI, a cura di Paolo Procaccioli, Roma 1999 (su CD-ROM).

«Ad id, quod de domino comite Malaspina dicit, quod suis, scilicet agnatis eius, portavit amorem, etc. est, cum accepisset quamdam nobilem dominam, per quam habuit in dotem civitatem Bussae et castrum Duosoli de Sardinia, mortua dicta sua domina et uxore, dictam civitatem et castrum cum suis territoriis communicavit omnibus de sua domo. Inde pronosticatur Dantem exulare, et devenire ad standum cum certis de domo sua praedicta, et habere magnum honorem ab eis.»

*349

<ante 1343, febbraio 25>

Giovanni Malaspina, «detentus infirmitate, habens conscientiam», restituisce all'episcopato di Ploaghe le terre pertinenti al mulino di Corona de Mandras, da lui costruito, «ut constat per publi-

cum instrumentum, de quo in cancellaria nostra fecit promptam fidem».

Citato in doc. 506.

*350

<ante 1343, febbraio 25>

Testamento di Giovanni Malaspina, il quale lascia in eredità i propri possedimenti sardi al re Pietro IV.

Citato in docc. 351, 354, 356, 358-364, 382, 401-402, 408.

Rispetto alla datazione, per l'ultima menzione in vita di Giovanni Malaspina cfr. docc. 345-347; il marchese è già morto il 25 febbraio 1343 (cfr. doc. 351).

[1]: doc. 351; [2]: doc. 354; [3]: doc. 356; [4]: doc. 358; [5]: doc. 359; [6]: docc. 360-361; [7]: doc. 362; [8]: doc. 363; [9]: doc. 364; [10]: doc. 382; [11]: docc. 401-402 e 408.

[1] *Il governatore Guillem de Cervelló riferisce che* «baroniam seu terram quam nobilis Iohannes de Villafrancha quondam marchio Malespine, qui pridem suum tradidit spiritum Creatori, per eum non dimissis liberos seu postumis, ex legitimo matrimonio fore de iure de iure feudorum et consuetudinem ac morem Italie in feudis observatos, secundum quem morem dictam baroniam dictus quondam nobilis marchio a domino nostro rege in feudum tenebat, ipsi domino regi apertam et totaliter adquisitam».

[2] *Il re Pietro IV comunica al castellano di Osilo March d'Avinyó di aver appreso dal governatore Guillem de Cervelló* «quod castrum de Osolo et univarse ville et loca» *che il fu Giovanni Malaspina aveva in Sardegna* «noviter tam ex legato dicti quondam nobilis marchionis in suo ultimo testamento nobis facto, quam aliis decausis ad nostrum dominium pervenerunt».

[3] *Riferimento alla terra dei Malaspina che* «iusto titulo est nostre curie devoluta».

[4] *Riferimento alle terre dei Malaspina che* «noviter certis ex causis ad nostrum dominium dicuntur provenisse».

[5] *Riferimento alle terre dei Malaspina che* «noviter ad nostrum dominium certis ex causis dicitur provenisse».

[6] *Riferimento alle terre dei Malaspina che* «per mortem nobilis Iohannis marchionis Malespine quondam, tam ratione legati nobis facti per dictum nobilem Iohannem in suo ultimo testamento, quam aliis decausis sint nostre curie iusto titulo devolute».

[7] *Riferimento alle terre dei Malaspina* «nunc iusto titulo sunt nostre curie devolute».

[8] *Riferimento alle terre dei Malaspina che* «per mortem nobilis Iohannis quondam marchionis Malespine, tam ex legato inde per eum nobis facta, quam aliis de causis sunt, ut asseritur, nostre curie iusto titulo devolute».

[9] *Riferimento alla terra dei Malaspina che* «per mortem nobilis Iohannis marchionis Malespine quondam, tam ex legato inde per ipsum nobis facta in suo ultimo testamento, quam aliis decausis nostre curie dicitur provenisse».

[10] *Riferimento alle terre dei Malaspina che* «per mortem dicti nobilis Iohannis marchionis Malespine (...) ex certis causis nostre curie extiterunt totaliter acquisita».

[11] *Il notaio Pere de Falç conservava il testamento del marchese. Alcune clausole prevedevano il lascito di una certa quantità di denaro al guardiano dei frati Minori di Sassari, destinata alla costruzione della chiesa del monastero.*

351

1343, febbraio 25, Villa di Chiesa

Il governatore Guillem de Cervelló, acquisiti i territori del defunto Giovanni Malaspina ne nomina vicario Guerau de Cervelló e contestualmente assegna al notaio Ponç de Loreda la scribania della curia

della suddetta vicaria: «attendentes baroniam seu terram quam nobilis Iohannes de Villafrancha quondam marchio Malespine, qui pridem suum tradidit spiritum Creatori, per eum non dimissis liberos seu postumis, ex legitimo matrimonio fore de iure de iure feudorum et consuetudinem ac morem Italie in feudis observatos, secundum quem morem dictam baroniam dictus quondam nobilis marchio a domino nostro rege in feudum tenebat, ipsi domino regi apertam et totaliter adquisitam. Qua de causa autoritate domini regis, nos eandem baroniam cum suis iuribus universis, tanquam ad [cameram] regiam pertinentem, ad manus regias recepimus [et] in eadem officiales constituimus sub quorum correctione et dominio homines ipsius baronie subiecti viverent et eciam regerentur, et redditus ac proventus eorumdem per eosdem officiales colligerentur, [et] non possent // aliqualiter deperiri. Prospicientes insuper, rationibus supradictis, nos constituisse in officialem precipuum et maiorem, sub cuius magistratus regimine indiff[...^a] gentes et populi in ipsa baronia constituti valerent et deberent cor[...^b] atque regi, nobilem Geraldum de Cervilione, qui ius unicuique traderet, ne unus [alterius] acciperet ulcionem donec dominus rex circa eadem providerit. Premeditantes inquam fore summe utile et necessarium omnimode, unum consciuum notarium seu scriptorem curie vicariatus officii, vicarii supradicti, sub cuius examine contractus, acta, processus et quevis scripture alie, tam autentice quam publice curie supradicte remaneant et sint perpetuo devolute, ut de ipsis contractibus et scripturis quibusvis semper memoria habeatur et ne valeant deperire.».

Inserto [B] in doc. 372.

Citato, senza estremi cronologici, in doc. 369.

^a 3 lettere circa con segno superiore di abbreviazione ^b 4 lettere circa

*352

<post 1343, febbraio 25>

Il governatore Guillem de Cervelló nomina Pietro Brandini, cittadino di Sassari, camerlengo delle terre e beni che furono di Giovanni Malaspina in Sardegna.

Citato in docc. 353, 365, 385.

353

1342-1343

Libro delle uscite di Just de Miravet, amministratore generale del regno di Sardegna. Riguardo al castello di Osilo, si citano il castellano March d'Avinyó ed il procurador e sotscastellà Guillem d'Avinyó: «Ítem dóna al dit en March d'Avinyó per retinença del dit castell, les quals li donà per lo dit en Pere Aranyó en Pere Brandí, camarlench dels lochs qui foren del marchès de Malespina, en porcs salats, forment e vi».

Originale [A], ACA, *Real Patrimonio, Maestre Racional*, Reg. 2069/V, f. 8.

354

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al castellano di Osilo March d'Avinyó, al quale conferisce la carica di vicario delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna, che avrebbe dovuto amministrare per sei anni «secundum formam, consuetudinem et usum inter eos hactenus observatum et omnia alia et singula faciatis et exerceatis que ad ipsum vicarie officium pertinent et sunt per dictum marchionem seu eius vicarios hucusque fieri consueta». March d'Avinyó, per la doppia mansione di castellano e vicario («tam pro retinentia et custodia dicti castri de Osolo, quam pro salario dicte vicarie»), beneficia di un salario annuo di 700 lire di alfonsini minuti (ogni due mesi, 116 lire, 13 soldi, 4 denari), con due cavalli armati e 18 clientes per la custodia del castello.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1012, ff. 71v, 2°-72.

355

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV scrive a Guerau de Cervelló, informandolo dell'assegnazione a March d'Avinyó della carica di vicario delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna, sollevandolo dalla stessa carica che aveva ricoperto fino a quel momento.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1012, ff. 72-72v.

356

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al governatore e agli amministratori generali del regno di Sardegna, informandoli dell'assegnazione a March d'Avinyó della carica di vicario delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, f. 72v.

357

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV scrive ai camerlenghi delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna, informandoli dell'assegnazione a March d'Avinyó della carica di vicario e del relativo salario.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, f. 72v, 3°.

358

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV dispone che della somma destinata a March d'Avinyó «tam racione retinentie et custodie dicti castris [di Osilo], quam racione stipendii equorum armatorum» vengano dedotte 300 lire di alfonsini minuti dai redditi delle terre della baronia.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, f. 73, 1°.

359

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV scrive all'amministratore generale del regno di Sardegna Just de Miravet, dando disposizioni sulle somme da corrispondere a March d'Avinyó, castellano di Osilo e vicario delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, ff. 73, 2°-73v.

360

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV informa «universis et singulis hominibus locorum et villarum que fuerunt nobilium marchionum de Malespina», *i quali avevano prestato omaggio e giuramento di fedeltà a Ramon de Montpaó, della nomina di March d'Avinyó a vicario delle stesse terre.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, f. 73v, 2°.

361

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV informa «probis hominibus et universitati burgi de Osolo, necnon universis et singulis hominibus locorum et villarum que quondam fuerunt nobilium marchionum de Malespina», *i quali avevano prestato omaggio e giuramento di fedeltà a Ramon de Montpaó, della nomina di March d'Avinyó a vicario delle stesse terre.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, ff. 73v, 3°-74.

362

1343, aprile 26, Barcellona

Il re Pietro IV informa «maioribus panis curatoriarum de Montes, de Figolinas et de Coroso» *della nomina di March d'Avinyó a vicario delle stesse terre, i quali majores de pane, su richiesta dello stesso vicario, dovevano convocare i notabili delle suddette curatorias, in modo che venissero a loro volta informati della nomina: «mandamus quatenus ad requisicionem dicti Marchi faciatis confestim congregari in illo loco seu locis que dictus Marchus vobis monstrarit omnes liberos ab equo, maiores, iuratos et alios homines locorum et villarum infra dictas curatorias consistentium in eo numero quem vobis declaraverit et prout ab ipso fueritis requisiti, ad hoc ut dictus Marchus eisdem hominibus possit fidem facere de comissione vicarie predicte per nos ipsi comisse et alia eis explicare scriptis et verbo».*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, f. 74.

363

1343, maggio 10, Barcellona

Il re Pietro IV dispone di destinare tutti i proventi delle terre ereditate da Giovanni Malaspina alla somma di denaro che il sovrano d'Aragona doveva versare annualmente alla Chiesa Romana quale censo per l'inf feudazione del regnum Sardinie et Corsice, dedotte le 800 lire spettanti annualmente come salario al vicario di quelle terre e castellano di Osilo ed ai camerlenghi delle stesse terre.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, ff. 79, 2°-79v.

364

1343, maggio 10, Barcellona

Il re Pietro IV nomina Pere Espanyol, cittadino di Barcellona, e Giunta de Cherchi, abitante di Save (curatoria di Coros), camerlenghi delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna, disponendo che riscuotano tutte le entrate «prout per dictos marchiones seu eorum camerlengos sunt exhigi, colligi et recepi consueta» e che tali proventi vengano destinati alla somma di denaro che il sovrano d'Aragona doveva versare annualmente alla Chiesa Romana quale censo per l'inf feudazione del regnum Sardinie et Corsice, dedotte dal computo totale le 700 lire spettanti annualmente al castellano di Osilo e vicario March d'Avinyó, nonché il salario dovuto agli stessi camerlenghi, ovvero 75 lire annue per Pere Espanyol e 25 per Giunta de Cherchi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, ff. 80v, 2°-81.

365

1343, maggio 10, Barcellona

Il re Pietro IV scrive a Pietro Brandini, cittadino di Sassari, informandolo della nomina di Pere Espanyol e Giunta de Cherchi a camerlenghi delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna, sollevando il Brandini dalla stessa carica da lui finora ricoperta dietro nomina del governatore.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, f. 80, 2°.

366

1343, maggio 10, Barcellona

Il re Pietro IV informa «universis et singulis hominibus habitantibus in locis et villis que fuerunt nobilis Iohannis quondam marchionis Malespine» della nomina di Pere Espanyol e Giunta de Cherchi a camerlenghi delle suddette terre, disponendo di rispondere ad essi «de universis iuribus, redditibus, exitibus et proventibus de quibus dicto marchioni quondam hucusque respondere et satisfacere consuevistis».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1012, ff. 80, 3°-80v.

367

1343, maggio 10, Barcellona

Il re Pietro IV ordina a Pere Espanyol e Giunta de Cherchi, camerlenghi delle terre ereditate da Giovanni Malaspina in Sardegna, di consegnare tutti i proventi delle dette terre a Ramon ça-Vall (de Valle) e Arnau ça-Bastida (de Bastida), incaricati di raccogliere il denaro destinato al censo dovuto annualmente dal sovrano d'Aragona alla Chiesa Romana per l'inf feudazione del regnum Sardinie et Corsice, dedotte dal computo totale di tali proventi le 800 lire spettanti a March d'Avinyó e agli stessi camerlenghi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1012, ff. 83, 2°-83v.

368

1343, luglio 7, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló riguardo ai diritti pretesi dai fratelli del defunto Giovanni Malaspina sulle terre sarde, disponendo di convocare il procuratore fiscale regio e i marchesi interessati per analizzare la questione e inviarne un rapporto scritto alla curia regia.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1012, ff. 87-87v.

369

1343, settembre 10, Barcellona

Il re Pietro IV assegna a Narcís Torroja, «de domo incliti infantis Raymundi Berengarii comitis Impuriarum», la scribania della vicaria delle terre ereditate da Giovanni Malaspina, non ostante la concessione della stessa scribania precedentemente fatta dal governatore Guillem de Cervelló in favore di Ponç de Loreda, scudiero e famulus dello scriptor Bartolomeu de Puig.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, ff. 104-104v.

370

1343, ottobre 23, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore del regno di Sardegna Guillem de Cervelló, disponendo l'assegnazione in enfiteusi perpetua, dietro versamento di una pensione annua, a Johan Peris de Selgua, abitante di Sassari, di un mulino, «constructum unius mole et unius rote», situato nella baronia che fu dei Malaspina e compreso tra i beni confiscati al ribelle Francesco di Filattiera, un tempo abitante nella stessa baronia.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, ff. 109v-110.

371

1343, novembre 12, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo della richiesta dei consiglieri e probiviri di Sassari, i quali pretendevano che le merci (grano, orzo, bestiame, sego e lana) provenienti dalla baronia di Osilo e dirette verso Alghero, Castelgenovese e altri territori non soggetti al dominio aragonese venissero convogliate innanzitutto a Sassari. I consiglieri e probiviri cittadini avevano chiesto, inoltre, che venisse fatto osservare un privilegio per il quale non si poteva comprare o vendere alcuna merce entro quindici miglia da Sassari, né nella confinante baronia di Osilo entro la distanza predetta («ne in aliquibus locis intra quindecim miliaria prope civitatem eandem circumquaque sistentibus, vel ab ipsa civitate distantibus, emere vel vendere aliquas merces, vel mercimonia aliquis exercere presumat in terra dicte baronie

a dicta civitate circumquaque inter quindecim miliaria distantibus»).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1012, f. 114v.

372

1343, novembre 16, Valencia

Il re Pietro IV conferma l'assegnazione al notaio Ponç de Loreda precedentemente fatta dal governatore Guillem de Cervelló (cfr. docc. 351 e 369) della scribania della curia della vicaria delle terre ereditate da Giovanni Malaspina, annullando la concessione della stessa scribania fatta dallo stesso sovrano a Narcís Torroja. Ponç de Loreda avrebbe dovuto pagare annualmente un censo di 5 fiorini d'oro.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, ff. 119-120.

373

1343, novembre 16, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló e a March d'Avinyó, vicario delle terre che furono di Giovanni Malaspina, informandoli di aver confermato a Ponç de Loreda la concessione della scribania della curia della vicaria delle suddette terre.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 120, 2°.

374

1343, novembre 17, Valencia

Il re Pietro IV stabilisce, «in favorem degentium intra baroniam nostram et castra, loca et terras que fuerunt nobilis Iohannis de Villafrancha quondam marchionis Malespine», che gli ufficiali della suddetta baronia «sint sardi et de dicta baronia», ad eccezione del vicario, del camerlengo e del notaio della vicaria, stabilendo, inoltre, che la stessa baronia rimanga separata dalla vicaria di Sassari.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 117v.

375

1343, novembre 29, Valencia

Il re Pietro IV invita il giudice di Arborea Pietro ad intervenire con ogni mezzo nel caso si fosse realizzato l'attacco nell'Isola di Federico e Azzone Malaspina, decisi a riprendersi con le armi la baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1012, f. 115, 2°.

Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona all'epoca di Pietro il Cerimonioso*, I-III, Padova 1971-1982, I, p. 31.

Petrus, Dei gracia rex Aragonum et cetera. Egregio et dilecto nostro Petro, vicecomiti de Basso, iudici Arboree^a, salutem et cetera. Cum intelleximus quod nobiles Fredericus et Aço, marchiones de Malespina, fratres nobilis Iohannis de Villafrancha quondam marchionis de Malespina, procurant ad ipsam insulam transfretare cum certa equitum et peditum comitiva pro invadendo baroniam, castra et loca situata in ipsa insula, que fuerunt dicti nobilis Iohannis marchionis quondam, que a nobis in feudum tenebat et nobis sunt tanquam feudalia aperta et ad nos pertinent certis causis. Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus si aliquis dictorum marchionum vel alius pro eis dictam baroniam invadere vellet seu in ea dampnum inferre temptaret, vos cum hominibus, armigeris et apparatus opportunis in deffensionem dicte baronie viriliter insistatis, sic quod in casu predicto nobilis memoratus et sui sequaces talem inveneant resistenciam vestri adiutorio mediante, quod sicut de vobis confidimus et speramus in tuto permaneat baronia antedicta, ipsos nobiles marchiones et eorum sequaces, peniteat, et se retrahant a predictis, nostre enim ex hoc non modicum complacebitis voluntati. Datum Valencie, III° kalendas decembris, anno Domini M° CCC° XL° tercio. Arnaldus vicecancellarius.

Franciscus Fuxi, mandato regio facto per thesaurarium cum capitulis pro sibi missis.

Similes

nobili et dilecto Iohanni de Arborea, domino Montisacuti
nobili et dilecto Mariano, comiti de Guciano.

^a *in soprilinea*

376

1343, dicembre 23, Castell de Càller

Il governatore Guillem de Cervelló conferma la concessione in enfiteusi precedentemente fatta dal re Pietro IV (cfr. doc. 370) in favore di Johan Peris de Selgua, abitante di Sassari, di un mulino situato nella baronia che fu dei Malaspina e compreso tra i beni confiscati al ribelle Francesco di Filattiera, un tempo abitante nella stessa baronia, dietro pagamento di una pensione annua. Avuta certificazione dal veguer di Sassari Pere d'Avinyó, dal vicario della baronia March d'Avinyó e da Pietro Brandini, cittadino di Sassari, del valore del detto mulino, situato in «incontrata vocata Corona de Sal», il governatore stabilisce che Johan Peris de Selgua corrisponda alla curia regia un censo annuo di 2 fiorini d'oro.

Inserto [B] in doc. 394.

*377

<ante 1344, marzo 11>

Il governatore del regno di Sardegna ordina ad Agostino de Nula, notaio e majore de pane della curatoria di Coros e a Giunta de Cherchi, camerlengo della baronia che fu dei Malaspina, che vengano assegnati a Eximèn Dezlava dei beni confiscati al ribelle Francesco di Filattiera.

Citato in doc. 379.

*378

<ante 1344, marzo 11>

March d'Avinyó, vicario delle terre che furono di Giovanni Malaspina, ordina ad Agostino de Nula, notaio e majore de pane della curatoria di Coros e a Giunta de Cherchi, camerlengo della baronia ex malaspiniana predetta, che vengano assegnati a Eximèn Dezlava dei beni confiscati al ribelle Francesco di Filattiera.

Citato in doc. 379.

379

1344, marzo 11, Osilo

March d'Avinyó, vicario delle terre che furono di Giovanni Malaspina, ordina ad Agostino de Nula, notaio e majore de pane della curatoria di Coros e a Giunta de Cherchi, camerlengo della baronia ex malaspiniana predetta, che vengano assegnati a Eximèn Dezlava dei beni confiscati al ribelle Francesco di Filattiera.

Inserto [B] in doc. 411.

Marchus de Avinione vicarius terrarum que olim fuerunt nobilis Iohannis marchionis Malespina quondam, venerabilibus et discretis Augtino^a de Nula notario, maiori panis de Coros, et Iuncte de Cherqui camerlengo baronie predictae, salutem et dilectionem. Cum per alias nostras litteras vobis mandaverimus quod Eximino Deslava solutionem fieri faceritis in bonis et de bonis Francisci de Filateria, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura, et in aliquibus bonis asseruit consequisse pacamentum, et restet sibi ad habendum certam pecunie quantitatem usque ad complimentum illorum denariorum, quos dictus gubernator sibi tradi et assignari mandavit in^b bonis dicti Francisci de Filateria, et supplicavit nobis quod sibi in aliis bonis dicti Francisci, et tam in saltis, vineis et affaraturis quam in aliis bonis dicti Francisci, et tam in saltis, vineis et affacaturis quam in aliis bonis immobilibus ipsius de residuo satisfacionem fieri fecerimus. Qua supplicatione dicti Simoni ut iuri et racioni consona, vobis dicimus et mandamus quatenus maiores et iuratos illarum villarum quas vobis dicet Eximinus predictus compellatis et constringatis cum iuramento eis de novo prestito, ad denunciandum vobis bona omnia immobilia dicti Francisci de Filateria, et facta relatione per eos extimetis bona omnia quemobilia dicti Francisci per eos vobis nunciata semotim et seperanti, quibus bonis extimetis liceat dicto Eximino pro ea extimacione qua dicta bona duceritis extimanda accepere quod voluerit de bonis predictis per nos extimatis usque ad integram solutionem et satisfacionem sibi debiti iuxta tenorem litterarum, tam domini gubernatoris quam nostrarum vobis pridie directarum continenciam plenioram, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura et quod ipso eciam allegare non possit fore possessorem dictorum bonorum sibi per vos traditorum et tradendorum. In cuius rei testimonium vobis

fieri fecimus, et nostri sigilli iussimus comuniti. Datum Osuli, die XI marcii, anno Domini M CCC XL tercio.

^a così nel testo ^b segue, depennato, in soprilinea aliis

380

1344, marzo 23, Barcellona

Il re Pietro IV scrive ai camerlenghi della terra che fu dei Malaspina, disponendo di consegnare al porter Bonanat de Pedralbes tutto il denaro presso di loro «esistente ex officio camerarie» della suddetta terra, destinato alla somma che il sovrano d'Aragona doveva versare annualmente alla Chiesa Romana quale censo per l'infeudazione del regnum Sardinie et Corsice.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 141v.

381

1344, marzo 29, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló e a March d'Avinyó, vicario delle terre che furono di Giovanni Malaspina, informandoli di aver confermato a Ponç de Loreda la concessione della scribania della curia della vicaria delle suddette terre (cfr. doc. 372).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 142.

382

1344, aprile 8, Barcellona

Il re Pietro IV nomina Bernat de Torres, cittadino di Tarragona, camerlengo delle terre un tempo dei Malaspina, con mandato quinquennale, assegnandogli un salario annuo di 100 lire di alfonsini minuti.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 143v.

383

1344, aprile 25, Barcellona

Il re Pietro IV scrive a March d'Avinyó, castellano di Osilo e vicario delle terre che furono di Giovanni Malaspina in Sardegna, ai camerlenghi delle terre predette ed al veguer di Sassari, informandoli di aver destinato «omnes redditus, exitus et proventus» delle suddette terre alla rifusione parziale del debito contratto dalla curia regia con Arnau ça-Bastida, il quale aveva anticipato parte della somma che il sovrano d'Aragona doveva versare annualmente alla Chiesa Romana quale censo per l'infeudazione del regnum Sardinie et Corsice.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, ff. 151-151v.

384

<1344>

Memoriale inviato al re Pietro IV da Johan Peris de Selgua, catalano di Sassari, con cui informa il sovrano, tra le altre cose, del fatto che Pietro Brandí, cittadino di Sassari, doveva recarsi presso la curia regia per relazionare sui beni mobili di Giovanni Malaspina, venduti a Sassari dopo la morte del marchese. Si trattava di bestiame grosso e minuto, frumento e orzo, vasellame d'argento e altri beni, per un valore di 4.000 lire o più in alfonsini minuti.

Originale [A], ACA, *Cancelleria*, *Cartas Reales Pedro III*, n. 4.326, caja 32a.

Rispetto alla datazione cfr. L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 199.

Regesto: L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 199.

385

1344, maggio 15, Barcellona

Il re Pietro IV ordina a March d'Avinyó, vicario delle terre che furono di Giovanni Malaspina, di indagare sull'operato di Pietro Brandini, cittadino di Sassari, il quale, morto il suddetto marchese, aveva acquisito il controllo dei suoi beni («terra sua et bona etiam mobilia que reperta fuerunt eotunc per officiales nostros in Sardinia») ed era stato nominato dal governatore camerlengo degli stessi beni.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 156.

386

1344, settembre 3, Puigcerdà

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, disponendo di indagare rispetto alle proteste dell'abate della SS. Trinità di Sacargia Paolo, il quale aveva reclamato presso il sovrano la restituzione di «quosdam saltus et terras ac alias possessiones dicti monasterii» indebitamente occupati da Giovanni Malaspina «et consortes et predecessores sui» ed ora nelle mani degli ufficiali regi.

Copia di registro [R], ACA, Cancillería, Reg. 1013, f. 182v.

387

1344, settembre 3, Puigcerdà

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, disponendo di indagare rispetto alle proteste di Nicola de Martis, abitante del borgo di Osilo (Osselo), il quale circa due anni addietro aveva avuto licenza dal marchese Malaspina di seminare il saltu di Suaredu, pertinente alla chiesa di S. Pietro di Gunneone ed era stato per questo contrastato dai Sassaresi che ritenevano il detto saltu incluso nei confini della città. In particolare Eximèn Peris Dezlava, col pretesto di un'ordinanza delle autorità di Sassari, aveva fatto sequestrare al De Martis una serie di beni (108 rasieri di frumento, 39 di orzo, 9,5 di fave, 2 cavalli "sardeschi" «ensellatis et enfrenatis», 1 gladio, 5 verghe "sardesche" ed altri arnesi), impedendogli di fatto di coltivare nel detto saltu.

Copia di registro [R], ACA, Cancillería, Reg. 1013, f. 185v.

388

1344, novembre 13, Barcellona

Il re Pietro IV concede al maestro razionale Bernat Dezcoll alcune terre e beni mobili («domos, cortes, saltus, vineas, ortos, terras cultas et heremas, censualia, molendina, adobarias coreaminum») situati nella baronia «que olim fuit nobilis Iohannis quondam marchionis de Malespina», confiscati ai ribelli Francesco di Filatiera, Luys Corda, Giovanni Palas, Folco Mancone e Gomita Marras che ivi abitavano, per un valore massimo di 5.000 soldi. Dalla donazione sono esclusi i beni già concessi a Johan Peris de Selgua e Johan d'Aguilar.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, ff. 193v-194.
 Inserito [B] in doc. 412.

Citato in A. BOSCOLO, *Bernardo Dez Coll, funzionario e cronista del re d'Aragona Pietro il Cerimonioso*, in "Studi Sardi", XXIII (1973-1974), Parte II (1975), pp. 3-51, p. 33.

389

1344, novembre 13, Barcellona

Il re Pietro IV informa il governatore del regno di Sardegna della concessione in favore del maestro razionale Bernat Dezcoll di cui al doc. 388.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 194.

390

1344, novembre 13, Barcellona

Il re Pietro IV concede in enfiteusi a Percivalle Castagna, cittadino di Sassari originario di Bonifacio, «saltum vocatum Patrum de Piscopu et de Turri[gla]», situato nei confini di Usini, con tutte le terre unite all'armentaria del detto villaggio, il quale saltu e terre erano appartenuti a Barisone Vachis, un tempo armentariu di Usini, «ex suo officio»; nonché due vigne, situate nella stessa baronia, una di Socari Pinna di Florinas, l'altra del magister Bosovekesu di Cargeghe, le quali vigne erano precedentemente pervenute ai Malaspina «empcionis sive confiscacionis titulo».

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, ff. 198v-199.

391

1344, novembre 13, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, al veguer di Sassari e al vicario della baronia che fu dei Malaspina, informandoli della concessione in enfiteusi a Percivalle Castagna di cui al doc. 390.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, ff. 199-199v.
 Citato in doc. 397.

392

1344, novembre 13, Barcellona

Il re Pietro IV assegna a Jaume Taxeda l'ufficio della castalderia o mostazaffia della baronia di Osilo, in compensazione della revoca della carica di doganiere di Sassari.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, ff. 196-196v.
Citato in doc. 398.

393

1344, novembre 19, Barcellona

Il re Pietro IV informa il governatore Guillem de Cervelló dell'assegnazione a Jaume Taxeda dell'ufficio della castalderia o mostazaffia della baronia di Osilo (cfr. doc. 392).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 196v.
Citato in M.M. COSTA PARETAS, *Oficials de Pere el Cerimoniós a Sàsser (1336-1387)*, in *La Sardegna nel mondo mediterraneo*. Atti del primo convegno internazionale di studi geografico-storici, Sassari, 7-9 aprile 1978, a cura di P. Brandis e M. Brigaglia, I-II, Sassari 1981, II, pp. 291-314, pp. 312-313.

394

1344, dicembre 8, Perpignano

Il re Pietro IV conferma la concessione in enfiteusi del mulino situato in «incontrata vocata Corona de Sal» a Johan Peris de Selgua, abitante di Sassari, dietro un censo annuo di 2 fiorini d'oro, fatta dal governatore Guillem de Cervelló (cfr. doc. 376).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, ff. 208v-209.

395

1345, gennaio 9, Perpignano

Il re Pietro IV scrive al governatore e al vicario della baronia ex Malaspina, disponendo di indagare rispetto alle proteste dell'abate del monastero cistercense di S. Maria di Paulis («ex parte fratris Petri Bernardi abbatis et conventus monasterii de Padulis ordinis

cisterciensis»), *il quale aveva reclamato presso il sovrano la restituzione di «multa bona mobilia et inmobilia dicti monasterii» indebitamente sottratti da Giovanni Malaspina ed ora nelle mani degli ufficiali regi.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1013, f. 213.

396

1345, febbraio 18, Bangios

Giunta de Cherchi, camerlengo delle terre che furono di Giovanni Malaspina, insieme ad Agostino de Nula, notaio e majore de pane della curatoria di Coros e ad Arzocco Pischella, majore de villa di Bangios, effettuano la stima dei beni confiscati al ribelle Francesco di Filattiera ed assegnati ad Eximèn Dezlava. La maggiore assegnazione era costituita dalla «curia de Banguos», vasto insediamento rurale pertinente al villaggio di Bangios (curatoria di Coros), sede un tempo della vicaria dei Malaspina.

Insero [B] in doc. 411.

In Christri Dei nomine amen. Anno Domini millesimo CCC XL quarto. Noverint universi quod, die mercurii intitulata decima octava mensis febroarii, Eximinus Deslava presentavit venerabilibus viris Iuncte de Cherqui, camerario, et Augustino de Nula, notario, maiori de pane de Coros, quandam litteram papiream honorabilis Marchi de Avinione, vicarii, sigillata in dorso sigillo cere rubre officii dicti vicariatus, tenore qui sequitur continentem. Marchus de Avinione vicarius terrarum que olim fuerunt nobilis Iohannis marchionis Malespina quondam, venerabilibus et discretis Augtino^a de Nula notario, maiori panis de Coros, et Iuncte de Cherqui camerlengo baronie predicte, salutem et dilectionem. Cum per alias nostras litteras vobis mandaverimus quod Eximino Deslava solutionem fieri faceritis in bonis et de bonis Francisci de Filateria, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura, et in aliquibus bonis asseruit consequisse pacamentum, et restet sibi ad habendum certam pecunie quantitatem usque ad complimentum illorum denariorum, quos dictus gubernator sibi tradi et assignari mandavit in^b bonis dicti Francisci de Filateria, et suplicavit nobis quod sibi in aliis bonis dicti Franci-

sci, et tam in saltis, vineis et affarcaturis quam in aliis bonis dicti Francisci, et tam in saltis, vineis et affacaturis quam in aliis bonis immobilibus ipsius de residuo satisfaccionem fieri fecerimus. Qua supplicacione dicti Simoni ut iuri et racioni consona, vobis dicimus et mandamus quatenus maiores et iuratos illarum villarum quas vobis dicet Eximinus predictus compellatis et constringatis cum iuramento eis de novo prestito, ad denunciandum vobis bona omnia immobilia dicti Francisci de Filateria, et facta relatione per eos extimetis bona omnia quemobilia dicti Francisci per eos vobis nunciata semotim et seperanti, quibus bonis extimetis liceat dicto Eximino pro ea extimacione qua dicta bona duceritis extimanda accepere quod voluerit de bonis predictis per nos extimatis usque ad integram solucionem et satisfaccionem sibi debiti iuxta tenorem litterarum, tam domini gubernatoris quam nostrarum vobis pridie directarum continenciam plenioram, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura et quod ipso eciam allegare non possit fore possessorem dictorum bonorum sibi per vos traditorum et tradendorum. In cuius rei testimonium vobis fieri fecimus, et nostri sigilli iussimus comuniti. Datum Osuli, die XI marcii, anno Domini M CCC XL tercio. Qua littera presentata, dictus Eximinus requisivit dictos camerarius et maior panis quod voluit tenorem littere supradicte et secucioni debite mandare. Et dicti camerarius et maior panis, volentes mandata dicti domini vicarii exequi et complere, accesserunt personaliter ad villam de Bangos et assumpserunt secum Arçochochum Pischellam, maiorem dicte ville, et iverunt ad extimandum curiam de Banguos, olim Francisci de Filateria, et extimaverunt concorditer inter eos coram dictam curiam sicut circumcinta est murata cum turri, et cum istis domibus positis intra dictam curiam, scilicet domum canabe, caminatam sequentem cum duabus cameris, demum continue et aliam domum sequentem illi vero dormire solebant familiam cum porticis positis ante se. Item domos duas contiguas simul que sunt posite intra domum stabule et ianuam orti, cum parte curie pro rata pertinenti dictis domibus, habendo introitum et exitum per ostium magnum dicte curie, pro extimacento // quinque librarum alfonsinorum, exceptuata dumtaxat caminatam illam et cameram simul contiguas, que olim fuerunt Guillelmi de Çori quondam, que domus et camera sunt Frederice, uxoris notarii Guantini de Alexandria, ut dicitur. Item extimarunt totam illam terram ortaticam contiguam dicte curie,

quam dictus Franciscus de Filateria tenebat et laboravat pro orto, ad libras tres dicte monete, sub condepcione quod quando dictus Eximinus voluerit laudare partem curie sibi pertinentem liceat sibi pertinentem liceat sibi claudere ab angulo domus notarii Guantini de Alexandria. Que domus est positam intra domum stabuli et domum predictam ubi familiam marchionum et vicarii suorum domini consueverant, recta linea usque ad quandam arborem figus que est iusta ianuam dicte curie et penes murum dicte curie. Et in eo casu teneantur ab arbore supradicto ficus supradicto infrascripte fieri ianuam convenientem per quam alii habitantes seu habitaturi^c ius in reliquis domibus dicto Eximino non consignatis possit egradi et ingradi ad dictas domos non consignatas dicto Eximino et per eadem ianuam possit^d dictus Eximinus ad alias duas domos ei consignatas positasque inter domum stabuli et ianuam ortui habere introitus et exitus libere et sine contrarietate cuiusque. Et similiter idem Eximinus possit per ianuam dicti ortus ingradi et egradi ad partem ortui sibi consignatam, ut supra, dum tamen dictus Eximinus teneatur et sit abstrictus solvere medietatem omnium expensarum in construendo, et fieri faciendo ianuam quem fieri debet iuxta arborem dicti ficus super expressate. Item similiter acesserunt ad vineam que olim fuit dicti Francisci, positam in districtu dicte ville de Banguos, et extimarunt dictam vineam cum domo supra se posita ad centum libras dicte monete, sane intellecto quod tine que sunt in dicta vinea non intelligantur in dicta extimacione. Item duo pecia terrarum factivarum, positarum in districtu dicte ville, in loco dicto Pala de Puço, olim dicti Francisci, pro extima duarum librarum. Item omnes et singulas terras rectivas et factivas quas dictus Franciscus pro suis propriis tenebat et possidebat in districtu ville de Cucha, in loco dicto Fuste Albo et Alba Livia, cum eorum iuribus et pertinenciis pro extima octo librarum. Item acesserunt similiter ad villam de Orsi et sibi extimaruerunt conçiam olim dicti Francisci, positam in dicta villa, cum omnibus suis iuribus et introitibus ad libras triginta dicte monete. Item sibi extimaruerunt unum tedargium in quo calificare faciunt aquam et murtam pro dicta conçia ad quadraginta solidos dicte monete. Et dictis possessionibus extimatis, ut superius dictum est, et dicti cameraarius et maior panis simul cum dicto Arçocho Pischella tradiderunt et assignarunt predicto Eximino presenti et dictas possessiones pro dictis extimis recipienti et acceptanti predictas possessiones

nes cum omnibus suis iuribus, racionibus, proprietatibus et pertinentiis universiis ad dictas possessiones et quamlibet ipsarum expectantibus et pertinentibus quoquomodo. Et nichilominus dictum Eximinum introduxerunt in possessionem corporalem predicte curie, ortus, vinee, terrarum, conçe, tradendo sibi claves dicte curie, conçe et ponendo sibi in manibus de terra ortus, vinee et supradictarum terrarum, reservatis semper iuribus quorumcumque habencium ius aliquid in possessionibus supradictis ipsarum aliqua, ita quod huiusmodi extimacio sive possessionis tradicio terre non preiudicet nec preiudicare debeant alicui habenti ius aliquod in dictis possessionibus. Et taliter prefati camerarius, maior panis et Arçochus Pischella requisiverunt me Alexium notarium de predictis dicto Eximino fieri publicum instrumentum, actum in villa de Banguos, in curia olim dicti Francisci, presentis discretis viris notario Agustino de Nula, maiore panis dicte curatorie, Iuncta de Cherqui, camerario, et Arçocho Pischella, dicte ville de Banguos, testibus ad hoc vocatis et rogatis. (SN) Ego Alexius de Çori quondam Iohannis de Filiteria, regia auctoritate notarius hiis omnibus interfui et eam rogatus scribere scripsi et publicavi.

^a così nel testo ^b segue, depennato, in soprilinea aliis ^c habitantes seu habitaturi così nel testo per habentes seu habituri ^d così nel testo per possint

397

1345, maggio 8, Perpignano

Il re Pietro IV scrive agli amministratori del regno di Sardegna, riferendo di aver concesso a Percivalle Castagna, cittadino di Sassari originario di Bonifacio, il saltu di Padru de Piscopu e Torricla, situato nei confini di Usini, con tutte le terre unite all'armentaria del detto villaggio, il quale saltu e terre erano appartenuti a Barisone Vachis, un tempo armentariu di Usini, «ex suo officio»; nonché due vigne, situate nella stessa baronia, una di Socari Pinna di Florinas, l'altra del magister Bosovekesu di Cargeghe, le quali vigne erano precedentemente pervenute ai Malaspina «empcionis sive confiscacionis titulo» (cfr. doc. 390).

398

1345, maggio 15, Perpignano

Il re Pietro IV revoca l'assegnazione a Jaume Taxeda dell'ufficio della castalderia o mostazaffia della baronia di Osilo. Si apprende che i redditi di tale ufficio era pari annualmente a circa 5.000 soldi di alfonsini minuti.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, f. 7v, 2°.

399

1345, maggio 15, Perpignano

Il re Pietro IV scrive agli amministratori dei redditi e diritti del regno di Sardegna affinché indaghino rispetto alle rivendicazioni di «aliqui homines habitatores baronie nostre que olim fuit marchionum de Malespina», i quali asserivano di esseri franchi dal pagamento dei tributi dovuti.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, f. 1, 2°.

400

1345, agosto 18, Perpignano

Il re Pietro IV scrive agli arrendadors o vicari della baronia che fu dei Malaspina, riferendo delle proteste dell'abate del monastero cistercense di S. Maria di Paulis circa «plures emparata et mandamenta» e indebite richieste di capi di bestiame bovino e altri tributi da parte degli ufficiali suddetti, per cui il sovrano ordina che sia messa fine a tali vessazioni.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, f. 27, 2°.

Petrus et cetera. Fidelibus suis arrendatoribus seu vicariis baronie que quondam fuit marchionis Malespine, salutem et cetera. Ex parte abbatis monasterii de Padulis fuit graviter coram nobis conquerendo monstratum quod vos, in prejudicium dicti abbatis et eius monasterii, plures emparas et mandamenta fecistis et eciam non cessatis petere et habere ab eodem et dieta monasterio vacas et aliud subsidium, que extorsiones pocius quam debita esse videntur, qua de causa dictus abbas et eius monasterium plura

sustinent gravamina atque dampna. Quare pro ipsius parte fuit nobis humiliter supplicatum ut dignaremur super hiis debite providere. Nos vero, dicta supplicatione admissa, cum nolumus dictum abbatem et eius monasterium contra iusticiam agravari, propterea vobis dicimus et mandamus quatenus dictum abbatem et eius monasterium super predictis non agravetis vel molestetis aut eis faciatis indebitas novitates. Datum Perpiniani, quinto decimo kalendas septembris, anno Domini M^oCCC^oXL^o quinto. Hugo cancellarius.

Bartholomeus de Podio, ex petitione provisa per gubernatorem. Lupus de Gurrea, Iacobus de Faro et Vincencius de Sancto Paulo, auditores.

401

1345, agosto 20, Perpignano

Il re Pietro IV scrive al notaio Pere de Falç, invitandolo a consegnare al guardiano dei frati Minori di Sassari la copia di alcune clausole del testamento di Giovanni Malaspina che prevedevano il lascito di una certa quantità di denaro per la costruzione della chiesa del monastero. Pere de Falç, che conservava il testamento del marchese, si era infatti rifiutato di consegnare la copia suddetta, adducendo come motivazione un ordine del governatore.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, ff. 27, 3^o-27v.

Petrus et cetera. Fideli suo Petro de Falcibus, notario civitatis Sassari, salutem et cetera. Pro parte guardiani et conventus fratrum Minorum civitatis eiusdem fuit nobis expositum conquerendo quod vos, cuiusdam mandati pretextu per gubernatorem insule Sardinie inde incontrarium vobis facto, contradicitis dare dictis guardiano et conventui copiam seu transumptum auctenticum et signatum de quibusdam clausulis quorundam legatorum eisdem, ut asseritur, factorum per nobilem Iohannem, marchionem quondam Malespine, in suo ultimo testamento, quod penes vos esse dicitur, de certa pecunie quantitate ad opus constructionis operis ecclesie monasterii prelibati. Quapropter ad ipsorum guardiani et conventus supplicationem humilem propterea nobis factam, vobis dicimus et mandamus quatenus tradatis // inconti-

amenti iamdictis guardiano et conventui copiam seu transumptum auctenticum in mundum redactum clausum et subsignatum de quibuscumque clausulis testamenti predicti facientibus pro eisdem, mandato quocumque per dictum gubernatorem incontrarium vobis facto minime obsistente. Datum Perpiniani, XIII kalendas septembris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Eximinus Garcie, ex petitione provisa per Luppum de Gurrea et Vincentium de Sancto Paulo, auditores.

402

1345, agosto 20, Perpignano

Il re Pietro IV esorta il governatore Guillem de Cervelló a mettere in atto la volontà di Giovanni Malaspina, circa all'assegnazione ai frati Minori di Sassari di una certa quantità di denaro.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, f. 32, 2°.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto Guillelmo de Cervilione, gubernatori Sardinie vel eius locum tenenti, salutem et cetera. Cum pro parte guardiani et conventus monasterii fratrum Minorum civitatis Sasseris fuerit nobis expositum reverenter quod nobilis quondam Iohannes, marchio Malespine, legavit in eis in suo ultimo testamento certam alfonsinorum minorum quantitatem super bonis suis mobilibus, pro constructione operis ecclesie monasterii prelibati, ut in eodem testamento plenius dicitur contineri, actamen vos legatum ipsum eisdem de bonis predictis mobilibus, que per vos occupata et emparata tenentur nomine et pro parte curie nostre dare et exsolvere contradicitis minus debite, ut asseritur, et iniuste in ipsorum guardiani et conventus preiudicium non modicum et iacturam. Quocirca ad ipsorum guardiani et conventus supplicationem humilem nobis facta, vobis dicimus et mandamus quatenus iamdicto guardiano et conventui faciatis super dicto legato breve et expeditum iusticie complementum, procedendo in veritate attenta, ac prout in similibus est fieri assuetum. Datum Perpiniani, XIII kalendas septembris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Eximinus Garcie, ex petitione provisa per Luppum de Gurrea et Vincentium de Sancto Paulo, auditores.

*403

<ante 1345, settembre 9>

Il re Pietro IV concede al sassarese Pietro Brandini un mulino situato nelle terre che furono dei Malaspina, dietro il pagamento di un censo di 2 fiorini d'oro.

Citato in doc. 404.

404

1345, settembre 9, Perpignano

Il re Pietro IV ordina al governatore Guillem de Cervelló di intervenire in difesa del sassarese Pietro Brandini, cui veniva impedito dagli ufficiali aragonesi di raccogliere grano ed orzo per i villaggi della baronia di Osilo da macinare in un mulino situato nella stessa baronia, per il quale mulino Pietro Brandini pagava un censo di 2 fiorini d'oro. Della questione vengono informati anche il vicario, i maiores panis e gli altri ufficiali della baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, f. 30, 2°.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto Guillelmo de Cervilione, gubernatori et reformatori generali Sardinie et Corsice regni, vel eius vices gerenti presenti et qui pro tempore fuerit, salutem et dilectionem. Nobis Petrus Brandini, civis Sasseris, exposuit conquerendo quod cum ipse habeat in terra que quondam fuerit nobilis marchionis Malespine quendam molendinum, quem pro nobis tenet ad censum duorum florenorum auri, in quo molendino est assuetum molere sive triticare triticum et ordeum diversorum hominum locorum dicte baronie, et non de aliis partibus sive locis cum sit ab aliis locis separatus, et sit in competenti loco hominibus baronie predictae. Et eciam homines dicti molendini consueverint cum asinis et aliis animalibus ire per loca dicte baronie, ut recipiant blada illorum qui molere volunt in dicto molendino. Aliqui ex officialibus nostris aliquotiens prohibent et contradicunt ne aliqui molant eorum blada^a in molendino predicto,

et eciam quod dicti homines cum dictis animalibus accedant ad dicta loca, quod redundat in dampnum nostri et dicti Petri Brandini et libertatis hominum baronie iamdicte. Quare dictus Petrus Brandini nobis humiliter supplicavit ut usum super molendo in dicto molendino, et dictum bladum perquirendo per dictas villas usitatum deberemus facere observari. Nos vero, dicta supplicacione admissa, vobis dicimus et mandamus quatenus, constituto vobis de predictis, dictum supplicantem in usu antiquo, quo eum esse repereritis, de premissis manuteneatis ac eciam defendatis, nec contra usum solitum dictum Petrum Brandini permittatis super predictis per aliquem agravari. Nos enim mandamus vicario, necnon maioribus panis, aliisque officialibus dicte baronie quod quicquid per vos super predictis cognitum fuerit observent et non contraveniant aliqua racione. Datum Perpiniani, quinto idus septembris, anno Domini MCCCXL quinto. Arnaldus, vicecancellarius.

Bartholomeus de Podio, ex petitione provisa in consilio.

^a illorum qui molere...eorum blada *in sopra linea*

405

1345, settembre 23, Perpignano

Il re Pietro IV concede a Berenguer de Cruilles, abitante di Sassari, il castello di Osilo (Hosulo), data la morte di March d'Avinyó, secondo la consuetudo Ispanie, con una dotazione annua di 5.000 soldi di alfonsini minuti «pro custodia et retinentia castri ipsius» e lo stipendio di un cavallo armato, scelto tra i trenta che dovevano stare di stanza a Sassari. Il nuovo castellano avrebbe dovuto risiedere nella fortezza e tenere una guarnigione non inferiore a dieci clientes.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1014, f. 39, 1°.

406

1345, settembre 23, Perpignano

Il re Pietro IV informa Guillem d'Avinyó, a capo del castello di Osilo, dell'assegnazione della castellanìa di Osilo a Berenguer de Cruilles.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 39, 2°.

407

1345, settembre 23, Perpignano

Il re Pietro IV informa il governatore Guillem de Cervelló, gli arrendadors e amministratori dei redditi del regno di Sardegna dell'assegnazione della castellanìa di Osilo a Berenguer de Cruilles.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, ff. 39, 3°-39v.

408

1345, settembre 26, Perpignano

Il re Pietro IV ordina al governatore Guillem de Cervelló di intervenire presso il notaio che «recepit» il testamento di Giovanni Malaspina, poiché questi non voleva consegnare agli manumissores del defunto marchese la copia del testamento stesso, ragione che impediva l'esecuzione in uso pio di certe disposizioni in esso contenute.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 36, 2°.

Nos Petrus Dei gracia rex Aragonum et cetera. Nobili et dilecto Guillelmo de Cervilione, gubernatori insule Sardinie vel eius locum tenenti, salutem et dileccionem. Cum intelleximus quod notarius qui testamentum recepit nobilis Iohannis de Villafrancha, marchionis de Malespina quondam, translatum ipsius testamenti non vult tradere manumissoribus ipsius defuncti, quamquam requisitus, propter quod testamenti exequio in piis causis non potest fieri ut decet. Idcirco ex parte dictorum manumissorum suppliciter requisiti vobis dicimus et mandamus quatenus incontinenti translatum dicti testamenti in quantum pia legata tangit dictis manumissoribus tradi faciatis per notarium supradictum, provideatis tamen et iniungatis expresse dicto notario quod dictis manumissoribus seu cuiusvis alteri translatum non

tradat de aliquo seu aliquibus in dicto testamento contentis que contra ius nostrum in aliquo facere videantur. Datum Perpiniani, VI kalendas octobris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Raimundus Maranges, mandato regio facto per cancellarium.

409

1345, ottobre 5, Perpignano

Lettera del re Pietro IV a Pietro Brandini, un tempo camerlengo e ora conservator dei beni mobili appartenuti al marchese Giovanni Malaspina. Il sovrano ordina che una certa quantità di frumento e orzo compresa nella manumissoria del detto marchese venga computata fra i redditi della baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, ff. 44, 4°-44v.

Petrus et cetera. Fideli de domo nostra Petro Brandini, olim camerlengo, nunc autem conservatori bonorum mobilium que fuerunt nobilis Iohannis marchionis Malespine quondam, necnon habitatori civitatis Sasserri, salutem et cetera. Cum vos in compoto bonorum mobilium pertinencium manumissorie dicti nobilis marchionis Malespine posueritis quandam quantitatem tritici et ordei quam vos tanquam // conservator dictorum bonorum habuistis et recepistis ex possessionibus que fuerunt dicti nobilis marchionis de mandato ipsius seminecis queque nostre curie iuxta morem Italie pertinet, una cum baronia dicti marchionis, et in nostro consilio sit repertum, et de iure existat, quod dicta quantitatis tritici et ordei nostre curie est adquisita, eo quia fructus pendentes pars fundi esse videntur, nosque admissiones factas per dictum quondam marchionem vel eius nomine dicta racione, teneamur dicte manumissorie. Propterea vobis dicimus et mandamus quatenus dictam quantitatem tritici et ordei a compoto dictorum bonorum mobilium tollendo et ipsum compotum cancellando, ipsum triticum et ordeum in nostro compoto reddituum et iurium dicte baronie apponatis receptam, et eciam datam de eadem faciendo, necminus faciatis notamentum in dicto compoto nostro, qualiter curia nostra tenetur dicte manumissorie in missionibus antedictis, iniungimus tamen manumissoribus dicti

marchionis quod predicta de causa vobis nullam faciant questionem, nec aliter vos in iudicio conveniant ullomodo, cum curia nostra, ut premititur, teneantur in quantitate missionum predicatarum. Necminus precipimus cum presenti notariis qui inventarium de bonis mobilibus dicti marchionis fecerunt quod dictum triticum et ordeum cancellent in inventario antedicto, cum ad nos pertineat, ut superius continetur, de quoquidem tritico et ordeo compotum nostro rationali magistro per vos tradi volumus et iubemus. Datum Perpiniani, III nonas octobris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Bartholomeus de Podio, mandato regio facto per Iohannem Fredi, consiliarium.

410

1345, ottobre 5, Perpignano

Il re Pietro IV dà disposizioni al governatore circa la restituzione al vescovo di Ploaghe e all'abate di S. Maria di Paulis di alcuni terreni occupati indebitamente tempo addietro da Giovanni Malaspina e dai fratelli, ed acquisiti dalla curia regia aragonese dopo la morte del suddetto marchese.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, ff. 54, 2°-54v.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto gubernatori generali Sardinie et Corsice regni vel eius vices gerenti, salutem et cetera. Ex parte episcopi ploagensis, insule Sardinie, fuerit nobis humiliter suplicatum ut cum nobilis Iohannes marchio Malespine, et eius fratres, necnon aliqui eorum officiales, per fas vel nefas occupaverint diversos saltus, nemora et alias terras et possessiones dicti episcopi, quas dictus marchio et eius fratres et dicti officiales laborarunt, et in eis seminarunt, et eas pro pasturando animalia locaverunt, ipsasque violenter et contra ius et rationem tenuerunt, et ipse episcopus diu est dicto nobili marchione ab hoc seculo subtracto pluries requisiverit officiales nostros in baronia que quondam fuit dicti marchionis ut restituerent dictos saltus, nemora et alias terras et possessiones, colendas et seminandas per eum, tanquam suas proprias, dicti officiales pretendendo quod omnia bona immobilia que dictus marchio et eius fratres tenebant et posside-

bant sunt curie nostre adquisita et confiscata, et recusarunt dicto episcopo, ut dicitur, tradere possessiones iamdictas, que omnia in ipsius episcopi preiudicium redundare dicuntur. Quare ad suplicationem dicti episcopi postulantis, eciam dictos saltus, nemora et alias possessiones et terras cum iuribus eorum deliberare et tradere eidem facere dignemur, vobis dicimus et mandamus quatenus vocatis administratoribus regalibus et auditis ipsorum et dicti episcopi rationibus tamen huiusmodi sine [...^a]te usque ad sententiam audiatis, processum autem quem super hoc feceritis clausum // et sigillatum nobis mittere cureritis, ut in nostra curia, causa ipsa per nostram sententiam et alia terminari. Nos enim super predictis vobis comittimus vices nostras. Datum Perpinianni, tercio nonas octobris, anno Domini millesimo CCC XL quinto. Hugo, cancellarius.

Bartholomeus de Podio, ex petitione provisa in consilio.

Similis de verbo ad verbum fuit facta et missa dicto gubernatori et sub dicto kalendario pro parte abbatis monasterii de Pahulis insule Sardinie.

Idem.

^a 2 lettere

411

1345, ottobre 15, Perpignano

Il re Pietro IV ordina al governatore del regno di Sardegna di assegnare al «conestabulum sive stipendiarium» Eximèn Dezlava alcuni beni, mobili e immobili, confiscati al ribelle Francesco di Filattiera, già destinati al Dezlava (cfr. docc. 377-379, 396).

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, ff. 47v-48v.

Nos Petrus et cetera. Attendentes nobis supplicatum existere per Eximinum Deçlava, conestabulum sive stipendiarium nostrum in insula Sardinie, ut cum pretextu cuiusdam nostri mandati in quo continetur quod eidem assignarentur de bonis illorum Sardinie,

qui nobis rebelles existunt, vel comisserunt, tale crimine, quod in locis nostris non sint ausi habitare, per tot possessiones que summaest quinque mille solidos alfonsinorum minorum attingerent, et pretextu dicti mandati eidem possessiones infrascripte que fuerunt Francisci Filatera, nostre curie propter diversa crimina et maleficia per ipsum comissa adquisite, fuerint assignate, ut patet per quoddam publicum instrumentum cuius tenor talis est. In Christi Dei nomine amen. Anno Domini millesimo CCC XL quarto. Noverint universi quod, die mercurii intitulata decima octava mensis febroarii, Eximius Deslava presentavit venerabilibus viris Iuncte de Cherqui, camerario, et Augustino de Nula, notario, maiori de pane de Coros, quandam litteram papiream honorabilis Marchi de Avinione, vicarii, sigillata in dorso sigillo cere rubre officii dicti vicariatus, tenore qui sequitur continentem. Marchus de Avinione vicarius terrarum que olim fuerunt nobilis Iohannis marchionis Malespina quondam, venerabilibus et discretis Augtino^a de Nula notario, maiori panis de Coros, et Iuncte de Cherqui camerlengo baronie predictae, salutem et dilectionem. Cum per alias nostras litteras vobis mandaverimus quod Eximino Deslava solutionem fieri faceritis in bonis et de bonis Francisci de Filateria, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura, et in aliquibus bonis asseruit consequisse pacamentum, et restet sibi ad habendum certam pecunie quantitatem usque ad complimentum illorum denariorum, quos dictus gubernator sibi tradi et assignari mandavit in^b bonis dicti Francisci de Filateria, et supplicavit nobis quod sibi in aliis bonis dicti Francisci, et tam in saltis, vineis et affaraturis quam in aliis bonis dicti Francisci, et tam in saltis, vineis et affacaturis quam in aliis bonis immobilibus ipsius de residuo satisfaccionem fieri fecerimus. Qua supplicatione dicti Simoni ut iuri et rationi consona, vobis dicimus et mandamus quatenus maiores et iuratos illarum villarum quas vobis dicet Eximius predictus compellatis et constringatis cum iuramento eis de novo prestito, ad denunciandum vobis bona omnia immobilia dicti Francisci de Filateria, et facta relatione per eos extimetis bona omnia quemobilia dicti Francisci per eos vobis nunciata semotim et seperanti, quibus bonis extimetis liceat dicto Eximino pro ea extimacione qua dicta bona duceritis extimanda accepere quod voluerit de bonis predictis per nos extimatis usque ad integram solutionem et satisfaccionem sibi debiti iuxta tenorem litterarum, tam domini gubernatoris quam nostra-

rum vobis pridie directarum continenciam pleniorē, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura et quod ipso eciam allegare non possit fore possessorem dictorum bonorum sibi per vos traditorum et tradendorum. In cuius rei testimonium vobis fieri fecimus, et nostri sigilli iussimus comuniti. Datum Osuli, die XI marcii, anno Domini M CCC XL tercio. Qua littera presentata, dictus Eximinus requisivit dictos camerarius et maior panis quod voluit tenorem littere supradicte et secucioni debite demandare. Et dicti camerarius et maior panis, volentes mandata dicti domini vicarii exequi et complere, accesserunt personaliter ad villam de Bangos et assumpserunt secum Arçochum Pischellam, maiorem dicte ville, et iverunt ad extimandum curiam de Banguos, olim Francisci de Filateria, et extimaverunt concorditer inter eos coram dictam curiam sicut circumcinta est murata cum turri, et cum istis domibus positis intra dictam curiam, scilicet domum canabe, caminatam sequentem cum duabus cameris, demum continue et aliam domum sequentem illi vero dormire solebant familiam cum porticis positis ante se. Item domos duas contiguas simul que sunt posite intra domum stabule et ianuam orti, cum parte curie pro rata pertinenti dictis domibus, habendo introitum et exitum per ostium magnum dicte curie, pro extima centum // quinque librarum alfonsinorum, exceptuata dumtaxat caminatam illam et cameram simul contiguas, que olim fuerunt Guillelmi de Çori quondam, que domus et camera sunt Frederice, uxoris notarii Guantini de Alexandria, ut dicitur. Item extimarunt totam illam terram ortaticam contiguam dicte curie, quam dictus Franciscus de Filateria tenebat et laboravat pro orto, ad libras tres dicte monete, sub condepcione quod quando dictus Eximinus voluerit laudare partem curie sibi pertinentem liceat sibi pertinentem liceat sibi claudere ab angulo domus notarii Guantini de Alexandria. Que domus est positam intra domum stabuli et domum predictam ubi familiam marchionum et vicarii suorum domini consueverant, recta linea usque ad quendam arborem figus que est iusta ianuam dicte curie et penes murum dicte curie. Et in eo casu teneantur ab arbore supradicto ficus supradicto infrascripte fieri ianuam convenientem per quam alii habitantes seu habitaturi^c ius in reliquis domibus dicto Eximino non consignatis possit egradi et ingradi ad dictas domos non consignatas dicto Eximino et per eadem ianuam possit^d dictus Eximinus ad alias duas domos ei consignatas positasque inter

domum stabuli et ianuam ortui habere introitus et exitus libere et sine contrarietate cuiusque. Et similiter idem Eximinus possit per ianuam dicti ortus ingredi et egradi ad partem ortui sibi consignatam, ut supra, dum tamen dictus Eximinus teneatur et sit abstrictus solvere medietatem omnium expensarum in construendo, et fieri faciendo ianuam quem fieri debet iuxta arborem dicti ficus super expressate. Item similiter acesserunt ad vineam que olim fuit dicti Francisci, positam in districtu dicte ville de Banguos, et extimarunt dictam vineam cum domo supra se posita ad centum libras dicte monete, sane intellecto quod tine que sunt in dicta vinea non intelligantur in dicta extimacione. Item duo pecia terrarum factivarum, positarum in districtu dicte ville, in loco dicto Pala de Puço, olim dicti Francisci, pro extima duarum librarum. Item omnes et singulas terras rectivas et factivas quas dictus Franciscus pro suis propriis tenebat et possidebat in districtu ville de Cucha, in loco dicto Fuste Albo et Alba Livia, cum eorum iuribus et pertinentiis pro extima octo librarum. Item acesserunt similiter ad villam de Orsi et sibi extimaruerunt conçiam olim dicti Francisci, positam in dicta villa, cum omnibus suis iuribus et introitibus ad libras triginta dicte monete. Item sibi extimaruerunt unum tedargium in quo calificare faciunt aquam et murtam pro dicta conçia ad quadraginta solidos dicte monete. Et dictis possessionibus extimatis, ut superius dictum est, et dicti camerarius et maior panis simul cum dicto Arçocho Pischella tradiderunt et assignarunt predicto Eximino presenti et dictas possessiones pro dictis extimis recipienti et acceptanti predictas possessiones cum omnibus suis iuribus, racionibus, proprietatibus et pertinentiis universiis ad dictas possessiones et quamlibet ipsarum expectantibus et pertinentibus quoquomodo. Et nichilominus dictum Eximinum introduxerunt in possessionem corporalem predictae curie, ortus, vinee, terrarum, conçie, tradendo sibi claves dicte curie, conçie et ponendo sibi in manibus de terra ortus, vinee et supradictarum terrarum, reservatis semper iuribus quorumcumque habencium ius aliquid in possessionibus supradictis ipsarum aliqua, ita quod huiusmodi extimacio sive possessionis tradicio terre non preiudicet nec preiudicare debeant alicui habenti ius aliquod in dictis possessionibus. Et taliter prefati camerarius, maior panis et Arçochus Pischella requisiverunt me Alexium notarium de predictis dicto Eximino fieri publicum instrumentum, actum in villa de Banguos, in curia olim dicti

Francisci, presentis discretis viris notario Agustino de Nula, maiore panis dicte curatorie, Iuncta de Cherqui, camerario, et Arçocho Pischella, dicte ville de Banguos, testibus ad hoc vocatis et rogatis. (SN) Ego Alexius de Çori quondam Iohannis de Filiteria, regia auctoritate notarius hiis omnibus interfui et eam rogatus scribere scripsi et publicavi, dignaremur dictam assignacionem prout continetur superius laudare et eciam approbare. Nos vero, dicta supplicacione admissa, volentes dictum Eximinum propter servicia per ipsum dicius nobis impensa in partibus Sardinie prosequi graciose, cum presenti carta nostra dictam assignacionem et tradicionem ei factam de dictis possessionibus laudamus, approbamus, // ratificamus et eciam confirmamus, salvo iure nostro et sine iuris preiudicio alicui. Mandantes gubernatori nostro vel eius vices gerenti, vicariis, camerlengiiis et aliis officialibus nostris quod predictas laudacionem, approbacionem, et confirmacionem, prout superius continetur, firmas habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione. In cuius rei testimonium presentem inde fieri iussimus, nostro sigillo pendenti munitam. Datum Perpiniani, idus octobris, anno Domini M CCC XL quinto. Hugo, cancellarius.

Bartholomeus de Podio, ex petitione provisa in consilio.

^a così nel testo ^b segue, depennato, in soprallinea aliis ^c habitantes seu habitaturi così nel testo per habentes seu habituri ^d così nel testo per possint

412

1345, novembre 17, Perpignano

Il re Pietro IV conferma il trasferimento a Pere Ortís de Rufés di quanto precedentemente concesso al maestro razionale Bernat Dezcoll, ovvero alcune terre e beni mobili situati nella baronia «que olim fuit nobilis Iohannis quondam marchionis de Malespina» confiscati ai ribelli Francesco di Filattiera, Luys Corda, Giovanni Palas, Folco Mancone e Gomita Marras (cfr. doc. 388), a saldo di un debito della curia regia di 5.000 soldi.

Citato in A. BOSCOLO, *Bernardo Dez Coll*, p. 33.

413

1345, novembre 30, Girona

Il re Pietro IV assegna a Berenguer Prunera, di Sassari, i prata del castello di Osilo, «ratione pasture».

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 60v, 2°.

414

1345, dicembre 11, Girona

Il re Pietro IV scrive agli arrendadors e amministratori dei redditi del regno di Sardegna di aver ricevuto informazione da Pietro Brandini, cittadino di Sassari, un tempo camerlengo della baronia che fu dei Malaspina, che lo stesso aveva acquisito alla suddetta camerlengia alcuni beni immobili confiscati a Francesco di Filattiera, Luys Corda e altri, i quali beni erano stati concessi al subthesaurarius Bernat Dezcoll e successivamente a Pere Ortís de Rufés che li aveva comprati dal suddetto Dezcoll; i quali beni, prima della suddetta concessione, erano stati venduti da Pietro Brandini per il prezzo di 138 lire, 11 soldi, 3 denari. Il sovrano ordina perciò che tali somme vengano assegnate a Pere Ortís de Rufés.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, ff. 73, 3°-73v.

415

1346, gennaio 20, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al governatore, al vicario della baronia che fu dei Malaspina e agli amministratori dei redditi del regno di Sardegna, informandoli della conferma della cessione a Pere Ortís de Rufés da parte di Bernat Dezcoll (cfr. doc. 412) dei beni confiscati a Francesco di Filattiera, Luys Corda, Giovanni Palas, Folco Mancone e Gomita Marras.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 73v, 2°.

416

1346, febbraio 3, Barcellona

Il re Pietro IV assegna per sette anni a Perpinyà de Puig l'ufficio della castalderia della curatoria del castello di Osilo, «quod mostasaffaria vulgariter nuncupatur», dietro versamento di un censo annuo di un fiorino d'oro.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, f. 75, 2°.

417

1346, febbraio 6, Barcellona

Il re Pietro IV assegna a Narcís Torroja la scribania della vicaria delle terre che furono del marchese Malaspina, revocando la concessione della stessa carica fatta dal governatore Guillem de Cervelló a Ponç de Loreda il 16 novembre 1343 (cfr. doc. 372).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, ff. 80, 3°-81.

418

1346, febbraio 6, Barcellona

Il re Pietro IV informa il governatore della nomina di Narcís Torroja di cui sopra (doc. 417).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, f. 81, 2°.

419

1346, febbraio 9, Barcellona

Il re Pietro IV assegna a Ferrer de Menorca dei territori in permuta di quelli, situati nelle terre dei Malaspina, avuti in concessione dall'infante Alfonso con carta datata 29 giugno 1325 (cfr. doc. 138), dei quali non era mai entrato in possesso.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, ff. 76v, 2°-78.

420

1346, febbraio 9, Barcellona

Il re Pietro IV informa il governatore Guillem de Cervelló dell'assegnazione a Ferrer de Menorca di cui al doc. 419.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 78, 2°.

421

1346, febbraio 12, Barcellona

Il re Pietro IV assegna a Pere Ortís de Rufés i beni precedentemente concessi in enfiteusi, per 500 soldi annui, a Percivalle Castagna (cittadino di Sassari originario di Bonifacio), ovvero due vigne, una di Socari Pinna di Florinas, l'altra del magister Bosovekesu di Cargeghe, nonché il salto di Padru de Piscopu e Torricla (un tempo di Barisone Vachis, armentariu di Usini), appartenente al villaggio di Usini, con tutte le terre unite all'armentaria del detto villaggio (cfr. docc. 390-391, 397).

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, ff. 94v-95v.

«Nos Petrus et cetera. Considerantes nos nuper dato vobis intelligi quod Pacival Castanyn, oriundus de Boniffacio insule Corsice, nunc autem civis Sasseris insule Sardinie, ab aliquo citra tempore tractaverat aliqua negocia nostre corone regie fructuosa, videlicet quod castra et fortalicia ville de Alguerio et universe terre et bona seu pars ipsorum que nobiles barones de Auria habent et possident in insula Sardinie, per viam avinencie inter partes, vendicionis aut permutacionis ad nostrum dominium et posse cum eorum redditibus et iuribus pervenirent, quia credebamus, procurante dicto Pacival, predicta ad effectum perdati, dedisse eidem in remuneracionem laborum et dampnorum, quos ex causa premissa sustinuisse dicebatur in emphiteosim saltum vocatum de Patru de Piscopu et de Turrigla, positum infra terminos ville Usuni, que est de baronia que olim fuit nobilium marchionum de Malespina, que ex aliquibus iustis causis est nostre curie devoluta, necnon omnes terras que sunt unite et coniuncte armentarie dicte ville, dum tamen sint infra terminos ville ipsius, que saltum et terras, ut asseritur, Bariconus Vachis, olim armentarius dicte ville, ex suo officio possidebat. Considerantes eciam ex causis pre-

dictis dedisse in emphiteosim et concessisse eidem Pacival duas vineas sitas infra baroniam predictam, quarum altera fuit Socarii Pinna de // Fiolans et altera magistri Bosoqueste de Cargegi, que vinee ad dictos marchiones empcionis seu confiscacionis titulo pervenerunt, sub certo censu, retencionibus et condicionibus in carta dicte donacionis appositis et latius expressatis. Nunc autem animadvertentes quod dictus Pacival, ex quo donacionem a nobis obtinuit supradictam, non curavit predicta quorum occasione eidem donacionem predictam, ut premititur, feceramus provide-re ad effectum. Eapropter, revocata donacione et concessione pre-dicta ac penitus annullata, ad servicia per vos Petrus Orticii de Ruf-fis, de domo nostra, nostrum intuitum dirigentes, necminus ad supplicacionem quorundam domesticorum nostrorum gratis et spontanea voluntate, cum presenti carta nostra perpetuo valitura, damus et concedimus vobis dicto Petro et vestris et quibus velitis perpetuo in emphiteosim dictum saltum de Patru de Piscopatu et omnes terras predictas, quo, ut prefertur, unite et coniuncte sunt armentarie ville predicte, dum tamen sint infra terminos ville ipsius. Damus eciam et concedimus vobis et vestris et quibus veli-tis ipso in emphiteosim predictas duas vineas.».

422

1346, febbraio 12, Barcellona

Il re Pietro IV informa il governatore Guillem de Cervelló ed il vica-rio della baronia che fu dei Malaspina dell'assegnazione a Pere Ortís de Rufès di cui al doc. 421.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1014, f. 95v, 2°.

423

1346, aprile 5, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo delle proteste del vescovo di Ploaghe, il quale reclamava la restituzio-ne di «aliquas possessiones, terras, saltus et nemora necnon curiam di Figulinas» che il marchese Giovanni Malaspina aveva occupato tempo addietro e che successivamente erano pervenute al camerlengo della baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1015, f. 120.

424

1346, aprile 13, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo delle proteste dell'abate di Paulis, il quale reclamava la restituzione di «diversos saltus et nemora» che il marchese Giovanni Malaspina aveva occupato tempo addietro e che, morto il marchese, erano pervenute alla curia regia, nonché la restituzione di «aliquos servos, tam masculos quam feminas» catturati dallo stesso marchese «qui morantur in locis predictae baronie».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 126.

425

1346, maggio 30, Valencia

Il re Pietro IV concede per cinque anni al «domesticus noster» Pietro Brandini, abitante di Sassari, la rendita di 1.000 soldi annui «super saltibus sive terris» siti «in termino ville de Sasselo, ville de Utula, ville de Seliquennos, ville dela Cala, ville de Ionca et ville de [...]urtue», nella curatoria di Montes; oppure «in termino ville de Ursegi, ville de Bedes et ville de Cargegua», nella curatoria di Figulinas; oppure «in termino ville de Curtayne et ville de Usane et ville de Tuxi», nella curatoria di Coros, «scilicet in una ex dictis curatoriiis», a discrezione del governatore, con la facoltà per Pietro Brandini di «colere, laborare et seminare et in ipsis omne ademprium pascendi et adequandi animalia et aliud ius habere et etiam vendere sive locare cuiuscumque volueritis quoquidem saltus sive terras».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, ff. 153-153v.

426

1346, luglio 10, Poblet

Il re Pietro IV concede a Bernardus de Rippiano, abitante di Sassari, l'«officium maiorie» del villaggio di Ploaghe (Poagre), situato nelle terre che furono dei Malaspina, «ita quod vos sitis maioralis dicte ville et officium ipsius maiorie teneatis, regatis et exerceatis legaliter atque bene ius et iusticiam submissis dicto officio, tribuendo et iura nostri fideliter observando et alia faciendo et exer-

cendo que ad dictum expectant officium et per alios maiores qui fuerunt pro tempore fieri consueverunt».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 170.

427

1346, luglio 15

Il nunzio e collettore pontificio in Sardegna Ramon de Gosenchis riceve una lettera dal vicario della baronia (che fu) del marchese Malaspina per la quale paga 8 soldi: «Item die XV dicti mensis simili modo obtinui quandam aliam litteram a domino vicario seu amministratore baronie marquisii Malespine pro qua solvi sol. octo.».

P. SELLA, *Rationes decimarum*, n. 2.593.

428

1346, settembre 12, Lleida

Il re Pietro IV scrive al governatore del regno di Sardegna, riferendo delle proteste delle monache del monastero di Ognissanti di Pisa, le quali reclamavano la restituzione di «quedam predia et terras» situati nelle terre che furono del marchese Malaspina e pertinenti a certe chiese dipendenti dall'ospedale di S. Leonardo (Bosove, presso Sassari), «predia et terras» che il fu marchese aveva indebitamente occupato e che successivamente erano stati acquisiti dalla curia regia.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 190.

429

1346, settembre 20, Lleida

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo della richiesta di Mariana, moglie del giurisperito Ramon de Sancto Martino, erede del fu Pere Grimalt, della restituzione del saltu un tempo di Mariano e Corrado Espisso, situato nella baronia che fu dei Malaspina, ed assegnato allo stesso Pere Grimalt.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 192v, 1°.

430

1346, novembre 29, Lleida

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, al quale ordina che venga consentito al giurisperito cagliaritano Bernat Dara, procuratore di Narcís Torroja, di prendere possesso dell'ufficio della scribania della vicaria delle terre che furono dei Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1015, ff. 207v-208.

431

<1346>

Trattative tra i Doria (i fratelli Brancaleone e Matteo) e il re d'Aragona. Tra le altre cose, da parte regia si propone l'acquisto della quota che i detti Doria avevano a Castelgenovese, Anglona e Ardara (castello e villaggio) con una somma da trarre dai redditi dei villaggi delle curatorias di Coros e Figulinas. Se però il re d'Aragona avesse restituito ai Malaspina le due curatorias, in tal caso sarebbe stato tenuto a riconsegnare Castelgenovese, Anglona e Ardara ai Doria, o a dar loro 25.000 lire di alfonsini, salva la possibilità per i detti Doria di scegliere se recuperare i detti territori o prendere le 25.000 lire. Inoltre, se il re avesse fatto donazione di mulini o di altri beni situati nelle suddette curatorias di Coros e Figulinas, avrebbe dovuto annullare tali donazioni.

Copia semplice [C], ACA, *Cancelleria*, *Papeles por incorporar*, caja 22, reg. 480, ff. 26-26v.

Rispetto alla datazione cfr. A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona: lettura e interpretazione di un'istruttoria giudiziaria (anno 1346)*, in *La Corona d'Aragona in Italia (secc. XIII-XVIII)*. Atti del XIV Congresso di Storia della Corona d'Aragona. Sassari-Alghero 19-24 maggio 1990, I-V, Sassari-Cagliari 1993-1997, vol. II, tomo I, Sassari 1995, pp. 141-215.

432

<1343 - 1346>

Accordi per una lega tra Federico e Azzone Malaspina, da una parte, e alcuni Doria (Cassano, Brancaleone, Fabiano, Damiano, Galeotto, Manfredi, Murruele, Giovanni e Vallarano), dall'altra. Se qual-

cuno dei legati avesse voluto costruire castelli o fortalizi avrebbe potuto farlo, e tutti sarebbero stati tenuti a collaborare, purché tali castelli e fortalizi non venissero costruiti nel territorio di Alghero.

Copia semplice [C], ACA, *Cancelleria, Papeles por incorporar*, caja 22, n. 480, ff. 18-19.

Rispetto alla datazione, si consideri che non compare nel documento Giovanni Malaspina, morto entro il febbraio del 1343, mentre vi è citato Galeotto Doria, morto nel 1346 (cfr. *Genealogie medioevali di Sardegna*, XXI.5); cfr. anche A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*.

In liga que tractatur fieri inter magnificos et potentes viros dominos Fredericum marchionem Malespine, suo proprio nomine et nomine et vice domini Açonis fratris sui, Cassanum de Auria, militem, Branchaleonem de Auria, Fabianum, Damianum, Galeotum, Mamfredum, Murruelem, Iohannem et Vallaranum de Auria, tractantur apponi debere infrascripta pacta.

Proximo namque concorditer tractaverunt, convenerunt et firma-verunt ac legem subscriptis imposuerunt quod de cetero et perpetuo sit et esse debeat firma liga, societas, unio et iura inter eos, tali modo quod una pars debeat et teneat alteras partes et altere partis alteram adinvicem, manutenere, invadere, deffendere toto eorum iusto posse contra quascumque personas vel personam, dominos seu dominum, collegium quodlibet et universitatem quamlibet cuiuscumque civitatis, vel loci, in omnibus et singulis castris, villis, iuribus et iurisdictionibus quibuscumque, in quavis prout loco et iurisdictione totius insule Sardinie pro quacumque preterita vel futura discordia, scisma seu guerra quacumque ratione vel tam emergenti et generaliter proni et in omni iniuria reali vel personali illata eis, vel alicui eorum, per aliquem, seu aliquos qui non sint de presenti liga, seu iura et pro predictis, seu occasione predictorum quotiescumque fuerit opportunum et conditiones et casus occurrerint teneatur quilibet pars facere exercitum et cavalcatam in omni favore, auxilio et succorsu cuiuslibet dictarum partium, et similiter facere teneatur quilibet ex nominatis, in dicta liga pro quolibet ex dictis nominatis, contra quamlibet personam, comunitatem seu universitatem que contigerit iniurari aliquam ipsarum partium, vel ipsam partem ledere indebite, vel iniuste, ad succorsum et valimentum partis iniuriam posse. Sane

intellecto quod presens capitulum non intelligatur contra dominum iudicem Arboree vel fratres suos pro aliquibus illatis tempore preterito.

Item quod dominus Branchaleo possit et debeat tenere castrum Montisleonis usque ad annum unum proximum venturum. Et si infra dictum annum potuerint de ipso castro et iurisdictione eiusdem dicti domini adinvicem concordari, rata remaneant et sint omnia et singula predicta // et infrascripta. Si vero infra dictum tempus unius anni de ipso castro et eius iurisdictione esse non potuerint, concordantes, predicti domini omnes colligati remaneant in suo gradu in quo erant [a]nte presentem ligam et quod ipsa presens liga nullius iuris sortiatur effectum, liga priori in sua firmitate existente, videlicet iura et liga suprascripta manu Francisci de Lande notarii michi et cetera, qua inter omnes dictos contrahentes actum extitit et conventum, salvo semper seniorum consilio.

Item, quod dictus dominus Branchaleo teneatur et debeat statim restituere et restitui facere expulsis Montisleonis omnia eorum mobilia que potuerunt inveniri et omnia immobilia que possidebant tempore expulsionis in castro Montisleonis et alibi ita quod ipsa bona gaudere et usufructuare valeant, non intrando toto tempore dicti anni in dictum castrum Montisleonis.

Item, quod aliquis ex dominis Algerii predictis non possit nec debeat deuctum seu prohibitionem facere vel ordinare, quod vidualia et mercantie quecumque non defferantur de eorum terris Algerii, sed teneantur et debeant omnes ipsi domini de Algerio vidualia omnia aportari facere Algerio, salvo vidualia Cocine et suarum partium que non teneantur ad predicta.

Item, quod dictus dominus Branchaleo in aliquibus locis suis maritimis de mercantiis aliquibus quocumque nomine censeantur portum facere vel ordinare seu percipere non possit alibi quam in aliquo, et illud idem intelligatur et observari debeat per alios dominos qui iurisdictionem et dominium habent in Algerio, videlicet a pennis Sancti Herasmi usque Marrargium termen.

Item, quod si forte pro tempore contigeret questionem, litem, vel discordiam aliquam oriri, quod absit inter predictos, vel aliquem

ex ipsis, quacumque ratione, vel tam preterita vel futura, teneantur omnes et singuli supradicti illi ex dictis partibus, inter quos talis questio vel discordia orta esset, se compromittere in alios omnes et singulos dicte lige vel saltem // maiorem partem ipsorum et coram eis sua proponere iura et reddere rationes et facere debeant et teneantur omni sententie seu dicto vel arbitrationi quam predicti [de] dicta liga seu maior pars ipsorum dicerent componerent aut sententiarent vel declararent, omni cessante exceptione, et ita quod talis sententia seu declaratio non posset peti per aliquem ex predictis inter quos discordia verteretur quod reduceretur ad arbitrium boni viri. Et si aliquis ex habentibus discordiam recusaret se velle compromittere ut supra, aut nollet observare sententiam que inter ipsos promulgata esset per predictos dicte lige vel maiorem partem ipsorum, dummodo altera pars predicta omnia faceret et observaret, teneantur alii predicti de predicta liga esse cum toto iusto posse et exfortio cum parte observante contra partem non observantem, salvo semper seniorum consilio.

Item, quod dicti domini Fredericus, Casanus, Fabianus, Damianus, Galeatius, Manfredus, Murruel, Iohannes et Vallaranus teneantur et debeant facere, curare omni eorum iusto posse quod domini Galeotus et Marianus de Auria dictam ligam et iura omnia et singula in hoc instrumento contenta laudabunt, ratificabunt confirmabunt et approbabunt infra octo menses proximum venturos et ante, si ante fuerint in insula Sardinie, cum carta publica sub penali obligatione bonorum iuramento corporali et aliis sollempnitatibus opportunis.

Item, quod liga et iura aliter facta, et de qua est instrumentum publicum manu Francisci de Lande notarii, sit cassa et irrita et nullius valoris et quod ad annullationem dicte ligue fiant omnes et singule sollempnitates, promissiones et cautele opportune.

Item, quod si aliqua, seu alique, ex dictis partibus facere vellent aliqua fortalitia seu castra infra confines suos, quod hoc eis liceat, et teneantur omnes et debeant omnes et singuli dicte ligue, si aliqui alii qui non essent de presenti liga se opponerent eos talia fortalitia seu castra facientes et facere volentes cum toto eorum exfortio, iuvare, manutenere, deffendere ad dicta fortalitia seu

castra facienda, dum tam ipsa fortalitia non fiant in partibus Alguerii, salvo semper seniorum consilio.

433

<1343 - 1346>

Tregua di due anni trattata fra i signori di Alghero (Doria), da una parte, e Brancaleone Doria, dall'altra, con il patto che ognuno conservasse i propri possedimenti e si impegnasse, sotto la signoria del doge di Genova, a non offendere l'altra parte, osservando la tregua. Il suddetto doge avrebbe dovuto inviare suoi ufficiali in Sardegna affinché governassero le terre dei detti signori per i due anni stabiliti. Fatta e stabilita la tregua, i signori di Alghero, Brancaleone Doria e Federico Malaspina avrebbero dovuto fare una lega della durata di due anni, aiutandosi reciprocamente.

Copia semplice [C], ACA, *Cancelleria, Papeles por incorporar, caja 22, n. 480, f. 20.*

Rispetto alla datazione, cfr. un documento del 1341 sulla volontà da parte dei Doria di inviare a Genova Nicolò e Galeotto col proposito di consegnare al doge la giurisdizione su Alghero e su tutti i possedimenti di Brancaleone: cfr. A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*, p. 147. Anteriormente al 1347 i Doria accolsero il vicario del Comune di Genova prestandogli obbedienza: cfr. L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 279, p. 136. Cfr. anche doc. 432.

Alia treuga que fieri tractabatur.

Fiat una treuga inter istos dominos de Algerio ex una parte, et dominum Branchaleonem ex altera, duratura usque ad duos annos proximum sequentes, cum istis pactis, videlicet quod interim quilibet teneat et possideat que nunc tenet et possidet, et quod quelibet dictarum partium se obliget, sub dominio duce Ianue de non offendendo realiter vel personaliter alteram partem, nec altera alteram, et de observando efficaciter dictam treugam, usque ad dictum tempus duorum annorum. Et quod dominus dux mittere debeat suos officiales ad terras de Sardinia omnium istorum predictorum dominorum, qui ipsas terras teneant et gubernent et qui conservent quamlibet ipsarum partium in suo gradu et duret eorum officium totum tempus dictorum duorum

annorum et non ultra. Qua treuga sit finita et facta, isti domini de Algerio et Branchaleo et dominus Fredericus, marchio Malespine, debent facere ligam, iuram et societatem inter eos duraturam per totum dictum tempus duorum annorum adiuvandum, deffendendum et manutenendum se adinvicem et eorum iura in insula Sardinie contra quamlibet personam, dominium, collegium et universitatem.

434

1347, gennaio 9, Sassari

Sentenza emanata contro i Doria dal governatore Guillem de Cervelló. Tra i testimoni figura anche il camerlengo della baronia di Osilo Bernat de Torres.

A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*, p. 215, App. 2, f. 27v.

435

<1347, gennaio 20, Sassari>

Capitoli del governatore del regno di Sardegna spediti al re Pietro IV. Tra le altre cose, si afferma che gli abitanti della baronia di Osilo sono ben trattati dagli Aragonesi e non privati dei loro beni, come sarebbe successo invece al tempo dei Malaspina.

L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 279.

436

1347, febbraio 25, Morvedre

Il re Pietro IV scrive al luogotenente del governatore per assumere informazioni circa il processo al quale è sottoposto il castellano di Osilo Berenguer de Cruïlles, accusato di aver stipulato certi patti (con i ribelli Doria e Malaspina, presumibilmente), quando abbandonò il suddetto castello.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1017, f. 34.

437

1347, marzo 26, Valencia

Il re Pietro IV assegna in enfiteusi a Berenguer Salvador uno tra i beni fondiari che avrebbe dovuto stimare il governatore, ovvero il villaggio di Usini, oppure la curia di Figulinas («cum saltibus terre eiusdem et circumcirca eam consistentibus») oppure il saltu appartenuto a Corrado Espiço e poi pervenuto a Pere Grimalt, tutti situati nella baronia che fu dei Malaspina. In caso gli fosse stato concesso il villaggio di Usini, Berenguer Salvador avrebbe dovuto corrispondere un censo annuo di 2 fiorini d'oro di Firenze; se invece si fosse trattato della curia di Figulinas, avrebbe dovuto pagare mezzo fiorino.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1016, ff. 8v-10v.

438

1347, marzo 26, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló della concessione in enfiteusi a Berenguer Salvador di beni situati nella baronia che fu dei Malaspina (cfr. doc. 437), disponendo la stima dei beni suddetti e l'assegnazione degli stessi.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1016, ff. 10v-11.

Citato in F.C. CASULA, L. D'ARIENZO, *Studi di Paleografia e Diplomatica*, Padova 1974, p.178.

439

1347, marzo 29, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore, riferendo delle lamentele di Berenguer de Cruilles (figlio del fu Berenguer de Cruilles), castellano di Osilo, riguardo al fatto che gli uomini della baronia che fu dei Malaspina nell'anno passato, ancora vivente il vicario March d'Avinjó, avevano promesso di pagare 500 lire per la riparazione del detto castello, somma solo parzialmente acquisita dagli arrendadors e amministratori senza che venisse tuttavia utilizzata per le suddette riparazioni, mettendo così in pericolo la sicurezza del castello di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1016, ff. 5v-6.

440

1347, luglio 7, Barcellona

Il re Pietro IV scrive al vicario della baronia che fu dei Malaspina, ordinando che venissero rispettati i privilegi di Osilo, in seguito alle proteste dei probi homines e della universitas di Osilo per il fatto che gli arrendatores regi «cominarunt ac etiam de facto attemperarunt infringere (...) privilegia, libertates et capitula per dictum marchionem [Giovanni Malaspina] et eius predecessores eis indulta seu indultas, que inconcusse fuerunt eis inviolabiliter hactenus observata». Il re temeva che l'abrogazione dei detti capitula potesse portare all'abbandono del luogo da parte degli abitanti: «quibusquidem privilegiis, capitulis et libertatibus abrogatis dictos homines oportebit deserere ipsum locum».

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1016, f. 26v, 1°.

441

1347, luglio 10

Relazione di Berenguer de Raiadell, incaricato dal governatore del regno di Sardegna di concordare una strategia politico-militare con il giudice di Arborea. Tra le altre cose, si apprende che «miser Thomas de Malespina» era capità di un esercito composto «de D a M balisters e II mill empavesats, e de cent a CCCC a cavall», che a bordo di 20-25 galee avrebbero dovuto dirigersi da Genova verso la Corsica e la Sardegna.

F. LODDO CANEPA, *Alcuni nuovi documenti del secolo XIV sulla Sardegna aragonese*, in "Atti del VI Congresso Internazionale di Studi Sardi", I, Cagliari 1962, pp. 258-292, doc. I.

442

1347, agosto 28, Saragozza

Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo delle proteste di Benedetto, abate del monastero vallombrosano di S. Michele di Plaiano, situato nel distretto di Sassari, il quale Benedetto chiedeva la restituzione di «quosdam saltus, terras et possessiones» del detto monastero situate nella baronia che fu dei Malaspina, che il marchese aveva tempo addietro indebitamente occupato e che

erano poi pervenute alla curia regia. Probabilmente si trattava di beni situati nella curatoria di Figulinas (cfr. doc. 499).

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1016, f. 53v.

443

1347, agosto 29, Saragozza

Il re Pietro IV scrive al governatore del regno di Sardegna, ordinando che venisse fatta giustizia rispetto alle istanze di Nicola d'Olives, fratello del fu Guantino d'Olives abitante di Salvennor, e di Bertrando Solina, nipote dello stesso Guantino, eredi di quest'ultimo. Nicola d'Olives e Bertrando Solina asserivano che i Malaspina avevano in passato costretto il detto Guantino a fare loro donazione di tutti i beni, dietro compenso di 100 lire di alfonsini minuti «de quibus posterum condere testamentum», a condizione che Guantino non donasse i detti beni a nessun altro. Tuttavia, dopo la divisione del patrimonio dei Malaspina e la morte del marchese Giovanni, titolare dei beni sardi, Guantino d'Olives aveva nominato Nicola e Bertrando suoi eredi universali. Tali beni erano poi pervenuti alla curia regia aragonese, e ne veniva chiesta pertanto la restituzione.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1016, ff. 53-53v.

444

<1346 - 1347>

Ricostruzione della caduta del giudicato di Cagliari e delle vicende attraverso le quali Pisani, Genovesi, Donoratico della Gherardesca, Doria e Malaspina erano venuti in possesso di territori in Sardegna. Le due figlie illegittime del giudice di Torres erano andate sposate rispettivamente ad un Doria e ad un Malaspina, i quali avevano così ereditato vasti possedimenti nel nord dell'Isola.

Copia semplice [C], ACA, *Cancilleria*, *Papeles por incorporar*, caja 22, n. 480, f. 25.

Rispetto alla datazione, cfr. un documento del 1347 che riferisce come il Comune di Pisa non avesse mai prestato giuramento di fedeltà per il feudo che possedeva in Sardegna, così come i conti di Donoratico

(cfr. L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 279, p. 140). Cfr. anche A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*.

Edizione: A. CASTELLACCIO, *I regni giudicali: nuove testimonianze attraverso una fonte catalano-aragonese*, in "Medioevo. Saggi e Rassegne", 20 (1995), pp. 365-388, Appendice documentaria, doc. n. 1.

Qualiter Pisani et Ianuenses ac marchiones indebite possident terram, quam in regno Sardinie tenent.

Nam in principio inde Pisani iudicatum de Callari acquisierunt, marchionem Chianni, qui dictum iudicatum debite possidebat, subito et proditorie, in civitate Sancte Gilie invaserunt, qui exiens ad preliandum cum eis debellatus fuit in campo et personaliter captus. Et postquam eidem Pisani, ex apposito dicte civitatis, caput amputari fecerunt indebite, de dicto iudicatu, meliorem partem pro se retinentes, aliquam partem, comiti Gerardo de Donoratico et comiti Vegolino, qui in prefata acquisitione cum posse eorum erant, dederunt. Modo vero, in generali acquisitione quam dominus rex Alfonsus dum esset comes Urgelli feliciter fecit, Pisani pro Comuni et dominus Barnabo de Auria pro dictis comitibus, sive pro eorum heredibus, falsa proponentes, tacita veritate et expressa falsitate, confirmationis privilegium a bona memoria predicti regis impetraverunt, verum quod in prefato privilegio sive prefatis privilegiis infrascripta verba continentur, videlicet salvo nostro et cuiuscumque alterius iure, ut credo iuste posunt privari.

Ianuenses etiam et marchiones Malespine minime intraverunt per hostium. Nam iudex de Luogodoro qui tunc erat duas habuit filias naturales, quarum unam habuit in uxorem quidam ianuensis de Auria, aliam vero quidam de marchionibus Malespine. Et, ipso iudice mortuo, predicti, non iusto iuris ordine sed indebite, terram sive partem terre occupaverunt. Et, in fundamento non vero hedificantes, privilegium confirmationis impetraverunt, fallaciis et mendaciis mediantibus, ubi etiam continetur quod dictum est supra, videlicet salvo nostro et cuiuscumque alterius iure.

Marchio Chiannes, de quo dictum est superius, ratione uxoris, que vocabatur domina Benedicta et fuit filia legitima callaretani, iudicatum tenebat et possidebat.

445

1349, aprile 28, Valencia

Il re Pietro IV concede in feudo al còrso Godixello dela Oliva, abitante di Sassari, i villaggi di Mavar e Save, situati nella curatoria di Coros, dietro prestazione di un cavallo alforrat per quattro mesi all'anno, come premio per la fedeltà dimostrata nella guerra contro i Doria.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1018, f. 7v-8v.
Citato in M.G. MELONI, *Presenza corsa a Sassari a metà del 1300*, in "Medioevo. Saggi e Rassegne", 13 (1988), pp. 9-33, p. 16.

446

1349, maggio 1, Valencia

Il re Pietro IV dona a vita al còrso Giovanni Morasco, abitante di Sassari, il villaggio di Erisa (Heressa), situato «in marchionatu de Malaspina», come premio per la fedeltà dimostrata nella guerra contro i Doria.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1018, f. 5.
Citato in M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 15.

447

1349, maggio 6, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Riambau de Corbera, informandolo di aver concesso in feudo al còrso Godixello dela Oliva, abitante di Sassari, i villaggi di Mavar e Save, situati nella curatoria di Coros.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1018, f. 8v.

448

1349, maggio 6, Valencia

Il re Pietro IV concede in usufrutto vitalizio al còrso Quirico Cayanesti, abitante di Sassari, il saltu di Pradu de Muru, presso Florinas.

M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 15.
Cfr. anche doc. 496.

449

1349, luglio 18, Valencia

Il re Pietro IV dà facoltà al governatore Riambau de Corbera di ricevere la resa ed il giuramento di fedeltà dei ribelli Doria e Malaspina, perdonando loro, se ritenuto opportuno, ogni misfatto commesso.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1018, ff. 31-31v.

Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, pp. 45-46.

Nos Petrus et cetera. Attendentes qualiter propter rebellionem per nobiles et barones de Hauria et marchiones de Mallaspina circa nos nostrumque regalem dominium in regno et insula Sardinie dudum assumptam, in qua prosecutione continua temere hactenus perstiterunt inter officiales et subditos nostros, ex una parte, dictosque nobiles et terras eorum ac adherentes et vassallos eorum, ex altera, multiplices strages corporum raptus rerum et alia innumera dampna supsequeuta fuerunt. Idcirco, quia dicti nobiles et barones in sua nequicia, prout audiverimus, persistere non desistunt et nos tantam eorum insolenciam tollerare non deceat, set circa eos taliter ex iusticie debito teneamur procedere quod eos rebellionem ipsam assumpsissem peniteat et de amissis ut convenit puniantur. Propterea volumus ac vobis dilecto nostro Rambaldo de Corbaria, gubernatori et reformatori Sardinie et Corsice regni, districte precipiendo mandamus quatenus, congregatis exercitibus omnibus et conflatis regalis potencie viribus, ad effectum circa dictos nobiles, terras et loca ipsorum habitantes in eis sit ad eorum excidium interitum et ruinam fortiter procedatis impetus vestri terrore perterrire vix adiciant ut resurgant. Sane quia inclite domus Aragonie, que in suis processibus pietatis et misericordie lenimenta non deserit, queque libentius partit quam puniat laudanda vestigia non utique deserenda, nolentes relinquere nec claudere venie gremium redeunti placet nobis et volumus quod si qui ex predictis corde compuncta ad obedienciam nostram redire voluerint quod in sinu gracie nostre gratis amplexibus admirantur. Et ideo de fide et legalitate et industria vestri Rambaldi supradicti ab experto confisi vobis presentium tenore concedimus ac damus plenam et liberam facultatem dandi et recipiendi nomine et pro parte nostra treugas cum omnibus et singulis baronibus et nobilibus de Hauria et de Malespina ac eorum valitoribus et amicis et eis adherentes quibuscumque et

guidandi et assecurandi eos et eorum homines et bona ipsorum necnon tractandi, ordinandi, reformandi, reconciliandi, proficiendi et ad bonum et perfectum effectum producendi atque firmandi pacem firmam et concordiam cum eisdem et pro ea servanda idoneas, sufficientes // et bonas securitates, cauciones, obligaciones nostre et pro parte nostra eis dando atque prestandi et ab illis recipiendi, cavendi, assecurandi et bona nostra omnia pro predictis et infrascriptis omnibus efficaciter obligandi hominibus, iuramenta fidelitatis et quelibet alia et omnes securitates, cautiones, obligaciones et cautelas quascumque ab illis et eorum hominibus predictis vel aliis causis et rationibus quibuscumque petendi, recipiendi donaciones et concessionones omnium castro- rum, villarum atque locorum per nos et per genitores nostros eis factas in feudum in dicto regno vel insula, laudandi, aprobandi et confirmandi atque de novo concedendi atque donandi, sub certo sensu sive servicio ad morem Italie vel Cathalonie, et de illis eos investendi ac naturam condicionem feudi mutandi, prout vobis melius ad honorem nostre corone regie et utilitatem curie nostre videbitur expedire. Et insuper damus et concedimus vobis latam, plenam ac liberam potestatem et facultatem quod possitis nobiles supradictos de Hauria et de Malespina ac universos alios et singulos rebelles contrarios et indevotos nostros in dicto regno et insula qui ad cultum fidelitatis nostre redire voluerint ad gratiam et benevolenciam nostram reducere eisque omnibus omnes offensas, rebelliones, conspiraciones et inobediencias in nos et dominacionem ac circa magestatem nostram quoquomodo patratas, initas et factas, et eciam omnia omicidia, rapinas, predas, violencias, invasiones, iniurias ac alia quecumque crimina, scelera, facinora et delicta ab eis quomodocumque et qualitercumque circa nos officiales ac subditos nostros comissa ipsis et eorum cuilibet ac posteris, et bonis ipsorum definire, relaxare, remittere, partere et absolvere atque perpetuo indulgere et generaliter omnia alia et singula facere, permittere, tractare, ordinare, procurare, cavere, perficere et complere et ad effectum perducere eciam si mandatum exigant speciale quod vobis de presenti concedimus, que circa premissa et singula et eis incidentia coherentia seu ab ipsis dependencia opportuna sint ac nectaria ac vobis expediencia videantur queque nos possemus personaliter constitui. Nos enim ratum, gratum et firmum ex nunc ut ex tunc semper habere promittimus quicquid per vos in premissis et singulis ac super emer-

gentibus, incidentibus, coherentibus et dependentibus e eisdem factum gestum et actum fuerit in premissis et circa premissa et nullo tempore revocare sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri fecimus sigillo nostre magestatis impendenti munitam. Datum Valencie, XV^o kalendas augusti, anno Domini M^o CCC^o XL^o nono. Rex Petrus.

450

1349, agosto 1, Valencia

Il re Pietro IV assegna a Ramon Gay l'«officium camerlengie marchionatus de Malespina situati in baronia de Osolo insule Sardinie», vacante in seguito alla morte del titolare, Bernat de Torres, informando della nomina gli ufficiali della baronia predetta, tra i quali majores e juratos dei villaggi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1018, f. 62.

451

1349, agosto 1, Valencia

Il re Pietro IV informa il governatore Riambau de Corbera della nomina di Ramon Gay a camerlengo della baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1018, ff. 62-62v.

452

<1349, settembre 8, Valencia>

Il re Pietro IV scrive al giudice di Arborea Mariano, impartendo una serie di disposizioni sulle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina che assediavano Sassari. Riguardo a questi ultimi, si sarebbe dovuto proporre a uno dei marchesi di prendere moglie catalana, se non fosse stato già sposato; contestualmente i Malaspina avrebbero dovuto restituire al sovrano il castello di Osilo, il borgo e la baronia, e si sarebbe fatta nei loro riguardi una nuova infeudazione in virtù della quale avrebbero avuto una curatoria o due o tutta la baronia dietro il pagamento di un censo e la prestazione di un servizio di cavalli armati; sarebbe stata poi definita la questione

dei diritti riscossi fino ad allora dal re nella baronia di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, ff. 53v-55.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 453.

Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, pp. 35 (nota 34) e 49.

453

1349, settembre 8, Valencia

Il re Pietro IV scrive al giudice di Arborea Mariano, comunicandogli l'invio di alcuni capitula (cfr. doc. 452) relativi alle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina e di voler affidare a lui e al fratello Giovanni l'incarico di stabilire una tregua e firmare la pace con i suddetti ribelli (cfr. doc. 456).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, f. 56v.

454

1349, settembre 8, Valencia

Il re Pietro IV scrive a Giovanni di Arborea, signore di Monteacuto e di Bosa, comunicandogli di aver inviato al giudice di Arborea Mariano alcuni capitula (cfr. doc. 452) relativi alle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina e di voler affidare a lui e al fratello, lo stesso giudice di Arborea Mariano, l'incarico di stabilire una tregua e firmare la pace con i suddetti ribelli (cfr. doc. 456).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, ff. 56v-57.

455

1349, settembre 8, Valencia

Il re Pietro IV scrive a Ponç de Santa Pau, veguer di Castell de Càller, Guillem d'Alió (de Alionis), luogotenente del governatore e Guillem de Torres, assessore del governatore, comunicando loro di aver inviato al giudice di Arborea Mariano alcuni capitula (cfr. doc. 452) relativi alle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, ff. 57-57v.

456

1349, settembre 12, Valencia

Il re Pietro IV affida al giudice di Arborea Mariano ed al fratello di quegli Giovanni il compito di stabilire una tregua e firmare la pace con i ribelli Doria e Malaspina, con il consilium di Ponç de Santa Pau, veguer di Castell de Càller, di Guillem d'Alió, luogotenente del governatore, di Guillem de Torres, assessore del governatore, di due probiviri della città di Sassari o di Castell de Càller e dello stesso governatore.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1018, ff. 55v-56.

Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, p. 49 (nota 92).

457

1349, ottobre 1, Valencia

Il re Pietro IV comunica al governatore Riambau de Corbera che Ramon Gay, nominato camerlengo della baronia di Osilo, non poteva ancora recarsi in Sardegna in quanto trattenuto presso il sovrano («pro servitio nostro in curia nostra»).

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1018, f. 67v.

458

1349-1351

Libro delle entrate di Ramon Girona, amministratore generale del regno di Sardegna. Tra le altre cose, è annotato che nel 1351 Retrilla de Uberques di Firenze, cavaliere tedesco a capo dei tedeschi che stavano con i Doria, nonché fedele compagno d'armi del marchese Malaspina, era passato a servizio del re d'Aragona, sposando a Sassari una vedova catalana. Ma durante una tregua tra il governatore del regno di Sardegna, da una parte, e Franchi Malaspina, figlio di Federico Malaspina, dall'altra, il detto Franchi aveva fatto uccidere Retrilla de Uberques.

Originale [A], ACA, *Real Patrimonio, Maestre Racional*, Reg. 2076, f. 62v.

«Ítem, com Retrilla de Uberques de Florença, qui solia ésser companyó del marquès de Malespina, se fos partit del dit marquès

après de la mort del honrat n'Uguet de Corbera e se'n fos vengut en la ciutat de Sàsser en servey del senyor rey e hi pres muller catalana. E durant treva feta a cert temps entre lo damuntdit governador, de I part, e.l noble micer Franchi de Malespina, fill del marquès de Malespina, de la altra, lo dit Franchi faés ociure lo dit Retrilla. E per rahó de la dita mort lo dit governador volch e mana de peraula a.n Ramon d'Argentona, alguatzir seu, que pongués a man de la cort reyal tot lo forment davall escrit que.s troba en I botiga de la dita ciutat, lo qual hi havia fet metre lo dit Retrilla en sa vida, dient lo dit governador que.l dit forment pertanya a la cort e no a altre, com fos estat ofès del dit marquès e del dit fill. Per rahó d'açò reebe lo dit Ramon d'Argentona manament del governador a ell fet de peraula lo dit forment.».

*459

1351, luglio 14, Sassari

Il governatore Riambau de Corbera assegna in feudo il villaggio di Ploaghe a Jaspert de Campllonch, cittadino di Girona.

Citato in doc. 487.

460

1351, agosto 10, Valle Daura

Il re Pietro IV invia al suo segretario Francesch Foix dei capitoli (diciotto) riguardanti il processo a Riambau de Corbera. Si tratta probabilmente della deposizione di un certo Pontich o Pont, accusato di aver ucciso il fratello del governatore Huguet de Corbera e per questo trattenuto in carcere senza prove da Riambau de Corbera.

Riguardano i Malaspina alcuni capitoli. Nel 1° il relatore incolpa il governatore di aver rinunciato, pur in condizioni favorevoli, alla conquista del castello di Osilo nel 1348 («Primerament, senyor, lo demont dit, con fo en Serdenya ab lo jutga e ab miser Johan d'Arboreya, qui per honor vostre, senyor, l'acompanyaren entrò en Sàsser. E parten de Sàsser anaren-se'n ensems al castell de Hosolo, e de present pres lo burch e foren en punt de pendra lo dit castell, e per qualque condició volgés, lo demont dit se partí de quí e anà-se'n en Castell de Càler, e per se gran colpa, senyor, lo demont dit castell se perdé a vós. E asò, senyor, són jo apparelat de provar»).

Nel 9° capitolo, dopo aver accennato alla sua prigionia, il relatore riferisce del tentativo di far testimoniare contro di lui il marchese Malaspina per l'omicidio di Huguet de Corbera (morto nel 1349). A questo proposito, il governatore aveva mandato più volte un uomo di alto rango presso il marchese, promettendogli di ricompensarlo con la restituzione della baronia, ma ottenendo un netto rifiuto («Item, senyor, certifique la vostra senyoria, estant que.l demont dit teniem en presó, vehé que.l no podia trobar so que el volia, tramès II vegades un hom de paratge al marquès de Malespina si // faria testimoni contra mi. E el dit marquès ab bela manera janglant e rient respòs-li “ne hor ne no”. La terca vegade el la tramès, pensant-se que mils n'agés acabament la sua entenció, letra de craensa e dix-li que se'n volia fer testimoni que li rerria la baronia al dit marquès. Vehé que adeveres ho deje respòs-li aytals paraules “d'esta hora avant no.m parlets de semblant fer, com io vench de tal linatge que no.u deg fer ne metre en mon cor, ne escoltar semblants coses, ans vos permet en bone fe que si altre vegade me.n parlats jo us feré enderocar per lo castell aval”. Aquestes paraules, senyor, dix lo dit marquès a un hom de paratge, lo qual hom de paratge, senyor, és en esta terra e de so, senyor, son io apparelat de provar»). Dal confronto con la deposizione di Ramon Finestres si apprendono i nomi del messo del De Corbera, tale Combau d'Almenara, e del marchese Malaspina in questione, Azzone¹.

Copia semplice [C], ACA, Cancilleria, Papeles por incorporar, caja 24.

¹ Cfr. S. CARBONI, *Nuovi documenti sulla Sardegna catalana. Processo a Rambaldo de Corbera*, Tesi Università di Sassari, A. A. 1987-88, *Deposizione n. 4*.

461

Fine 1351-1352, gennaio

Deposizioni dei testi del processo al governatore Riambau de Corbera. Si apprende che, liberata Sassari nella prima metà del 1348, le truppe aragonesi e arborensi, al comando di Riambau de Corbera, erano avanzate verso Osilo, riuscendo ad occupare il borgo. Dopo una permanenza di alcuni giorni le truppe regie si erano ritirate, senza porre

tuttavia l'assedio al castello, che era rimasto in mano ai Malaspina. Il comportamento del De Corbera aveva destato più di una perplessità, vista l'evidente condizione di superiorità del suo esercito rispetto alle forze del castello, ridotte a pochi armati (solo tre) e con pochi viveri, tanto da determinare il processo al governatore (celebratosi tra l'agosto del 1351 e il gennaio 1352). Tra i vari testi, uno, Ramon de Palau (de Palacio), era stato prigioniero dei Malaspina nel castello di Osilo.

S. CARBONI, *Nuovi documenti sulla Sardegna catalana. Processo a Rinaldo de Corbera*, Tesi di laurea Università di Sassari, A.A. 1987-88.

*462

<fine 1351 - 1352>

Il governatore Riambau de Corbera assegna «ad usufructuandum et gaudendum omnes fructus et redditus» del villaggio di Muskianu (curatoria di Figulinas) al sardo Pietro Uge.

Citato in doc. 500.

*463

<1352>

Il re Pietro IV assegna al sardo Pietro Uge, abitante nella baronia di Osilo, il villaggio di Muskianu, dietro pagamento di un censo annuo di un fiorino d'oro.

Citato in doc. 536.

*464

1352, aprile 10

Azzone Malaspina dà procura al fratello Federico per concordare la nuova infeudazione dei beni sardi, «de qua procuracione fidei fecistis per publicum instrumentum diligenter examinatum sufficiensque repertum, clausum manu Rolandini de Calesa, lunensis diocesis, imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii, anno ab incarnatione Domini M° CCC° L° secundo, indicione quinta, die X mensis aprilis».

Citato in doc. 467-468.

465

1352, aprile 18, Lleida

Il re Pietro IV assegna a Pere Eximenis de Lumbierra, abitante di Sassari, la carica di castellano di Osilo e l'ufficio della vicaria della baronia che fu dei Malaspina per cinque anni, da computare dal momento in cui ne fosse venuto in possesso.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1020, ff. 78v-79.

466

1352, maggio 25, Lleida

Il re Pietro IV comunica a Riambau de Corbera, governatore del regno di Sardegna e vicario e camerlengo della baronia che fu dei Malaspina, di assegnare a Pere Eximenis de Lumbierra «redditus, maquiçias, dacias et omnia alia iura quocumque nomine censeantur ville Durgegui site in dicta baronia» (si tratta del villaggio di Urgeghe -d'Urgegui- situato nella baronia che fu dei Malaspina), fino alla soddisfazione della somma di 500 lire di alfonsini minuti a lui dovuta.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1020, ff. 123, 2°-123v.

467

1352, giugno 13, Lleida

*Federico Malaspina, a suo nome e come procuratore del fratello Azzo-
ne, si presenta presso il re Pietro IV per fare atto di sottomissione, rice-
vendo in feudo il castello di Osilo e gli altri possessi (curatorias di
Montes, Figulinas e Coros, porti di Fresana e di Sancta Feletega), in
cambio del servizio di 20 cavalli armati sardi per tre mesi all'anno.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1020, ff. 105, 2°-106v.

Citato in J. ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, 4, libro VIII, cap. L; G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, p. 129.

In nomine Domini. Noverint universi presentem paginam inspec-
turi quod nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, atten-

denes vos egregium virum Fredericum, marchionem Malespine, nomine vestro proprio, et nomine etiam procuratorio egregii viri Açonis marchionis Malespine, fratris vestri, de qua procuracione fidem fecistis per publicum instrumentum diligenter examinatum sufficiensque repertum, clausum manu Rolandini de Calesa lunensis diocesis imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii anno ab incarnatione Domini M^o CCC^o L^o secundo, indiccione quinta, die X mensis aprilis, quod positum fuit in archivo nostro ibidem pro cautela curie conservandum, obtulisse et posuisse vos et dictum fratrem vestrum et et terras quas habebatis in Sardinia in posse et virtute nostri, ut de ipsis faceremus et ordinaremus, iuxta nostre libitum voluntatis, supplicasseque nobis, ut, depositis ac relaxatis penitus quibuscumque odis vel ranchore, quod vel quam nos adversus vos et ipsis quibusvis de causis preteritis habuimus vel concepimus, vos et ipsum in nostros vassallos et servitores reciperemus, vobisque dictas terras concedere et conferre in feudum de liberalitate ac benignitate solitis dignaremur. Nos igitur progenitorum nostrorum ducti exemplo, volentes vobiscum marchionibus supradictis benigne agere et in eis potius benignitatem quam rigorem iusticie exercere, supplicacione vestri dicti marchionis liberaliter inclinati, nec non nos, qui misereri cupimus potius quam ulcisci, tenore presentis publici instrumenti firmiter valituri, absolvimus, diffarimus, remittimus penitus et perpetuo // relaxamus vobis dictis egregiis Frederico et Açoni marchionibus et vestris successoribus perpetuo omne odium et omnem rancorem quod et quem contra vos et vestrum utrumque conceperimus pro eo quia dominium nostrum huc usque subire tardastis et agnoscere plus debito distulistis, et quacumque eciam alia racione vel causa vosque et dictum fratrem vestrum recipimus in nostre gracie sinum. Concedentes vobis dicto Frederico, recipienti pro vobis et nomine dictis fratris vestri, quod pro predictis vel eorum aliis adversus vos vel vestrum aliquem vel successores vestros nunquam possint per nos aut successores nostros [petiri] aliqua fieri vel demanda[ri], imo vos et vestros universos successores decernimus inde inicios et perpetuo absolutos. Et quia nos prelibatos marchiones ad servicium nostrum et successorum nostrorum utiles et fructuosos fore conspiciamus et significanter ad deditum sanguinis quod habetis cum domo Aragonie, nostrum dirigentes intuitum sicut decet volentes vobis prebere materiam, ut nostri ac successorum nostrorum serviciis ferventi non adhereatis et contrariis absti-

neatis. Idcirco in signum vere dileccionis qua nos intendimus prosequi in futurum, gratis et ex certa scientia revocantes quascumque concessionem vel comissionem factas quidquid de officiis aut aliis baronie iamdictæ sub quorumcumque forma verborum per nos et omnes successores nostros, damus, donamus atque concedimus perfecta, pura et irrevocabili donacione inter vivos, vobis memoratis Frederico et Açoni et vobis dicto Frederico, presenti et recipienti pro dicto fratre vestro absente, et vestris ac suis heredibus et successoribus masculis et feminis de uno in alium successive, imperpetuum in feudum secundum morem Italie castrum de Osolo, cum burgio^a ipsius necnon curatorias de Montes, de Figulinas et de Coroso, cum omnibus villis, locis et casalibus populatis vel dispopulatis in dictis curatorias situatis vel existentibus et cum omnibus terminis, pertinenciis et confinibus castri, burgiorum, curatoriarum, villarum, locorum et casaliū predictorum et cum montibus, silvis, bosquis, saltibus et planis, cultis, plantatis et heremis, pratis, pascuis, venationibus, piscationibus, aquis et aqueductibus, molendinis ibi constructis et construendis^b et cum portibus de Fresana et de Sancta Feletega et universis iuribus eorundem, necnon cum hominibus et feminis et cum servis at ancillis cuiuscumque condicionis existant, et etiam cum omnibus redditibus, proventibus, maquiciis, statera, affitibus, tributis, daciis, collectis, decimis, censibus, petitis, postis, postaticis, passagiis, massellacionibus et aliis iuribus universis, necnon cum mero et mixto imperio et alia omni iurisdictione alta et baxa, civili et criminali, et districtu et coartacione quacumque prout melius, plenius et largius vos dicti marchiones ac predecessores vestri, ea omnia et singula habuistis, tenuistis et possedistis eisque usi fuistis hucusque, modo aliquo sive causa. Retinemus tamen in nobis et nostris successoribus perpetuo quod vos dicti egregii viri Fredericus marchio et dictus Aço, vester frater, et vestri successores et sui, vel a vobis eo causam habentes imposterum in predictis teneamini servire nobis et nostris in regno Sardinie et Corsice successoribus de viginti equitibus sardis, ad modum Sardinie armatis et paratis, quod servitium teneamini nobis prestare ubicumque nos et successores nostri aut officiales nostri et illorum de hoc potestatem habentes voluerimus et voluerint, infra insulam Sardinie et non extra, videlicet per tres menses in anno ad sumptus proprios vestri et ipsius marchionis fratris vestri iamdicti, vel successorum vestrorum et suorum. Et si ultra dictos tres menses ipsos viginti

equites necessarios habuerimus seu habuerint ad nostri vel eorum servicium, liceat nobis et ipsis ac nostris successoribus vel nostris officialibus iamdictis retinere eosdem ad nostri et eorum servicium quantum voluerimus, satisfaciendo eis de stipendio condecanti. Retinen[emus] [tamen] [quod] vos predicti marchiones fratres et vestri et ipsius successores predicti nullum alium dominum proclamatis in predictis nisi nos aut successores nostros in Sardinie et Corsice regno. Retinemus insuper in predictis et super predictis // in feudum vobis supra concessis omnia et singula iura competentia dominis per feudis et in feudis secundum Italie morem predictam itaque donacionem et concessionem factam per nos et nostros successores perpetuo in dicto Sardinie et Corsice regno in feudum secundum morem Italie, vobis predictis marchionibus fratribus iamdictis et vestris successoribus perpetuo de predictis omnibus et singulis prout nolimus dici potest et intelligi ad salvamentum et remedium vestri et vestrorum successorum predictorum et sanum et intellectum ad dandum, vendendum sive quomodolibet alienandum et ad alias voluntates vestras perpetuo libere faciendas, salvis tamen nobis nostrisque successoribus perpetuo retentionibus supradictis inducentes ex nunc ut ex tunc, vos dictos marchiones fratres pro vobis et vestris perpetuo in possessionem corporalem vel quasi omnium predictorum. Conficentes quod nos predicta omnia nomine et vice vestra possidere quousque liberam et expeditam possessionem inde fueritis consequuti, quam siquidem possessionem per vos vel alium aut alios recipere valeatis vestra propria auctoritate ipsamque retinere licencia nostri minime requisita. Et nichilominus investimus vos dictum Fredericum, quo supra nomine recipientem pro vobis et dicto fratre vestro vestrique et ipsius predictis successoribus, imperpetuum de feudo predicto per tradicionem cuiusdam ensis, quem tradimus vobis in signum investiture predictae. Mandantes cum presenti firmiter et expresse gubernatori, capitaneis, potestatibus et aliis universis et singulis officialibus nostris et successorum nostrorum in Sardinia constitutis et constituendis, presentibus et futuris, quatenus predicta et subscripta omnia prout melius et plenius a nobis concessa, data et promissa sunt, ut superius et inferius continetur, teneant firmiter et observent et contra ea vel eorum aliqua non faciant vel veniant aut aliquem vel aliquos contrafacere vel venire permittant modo aliquo, causa vel eciam racione. «Ad hec ego Fredericus, marchio Malespine, nominibus quibus supra, gratiam et donacionem

huiusmodi pro me et dicto fratre meo, cuius procurator, ut predictur, existo, et meis ac suis successoribus supradictis, admittentes cum reverencia et gracionum accionibus, a vobis illustrissimo domino rege predicto sub modo, forma et retencionibus superius et inferius expressatis, promicto, nominibus quibus supra, vobis dicto domino regi^c et vobis eciam infrascripto notario, tanquam publice persone, nomine dicti domini regis et successorum suorum et aliorum quorum interest vel interesse potest, intererit vel interesse poterit in futurum legitime stipulanti, quod ego et dictus egregius Aço, frater meus, et sui ac mei successores, perpetuo erimus fideles et legales vassalli pro feudo et de feudo predicto vobis dicto domino regi et vestris successoribus in dicto Sardinie et Corsice regno ac prestabimus servicium de dictis viginti equitibus sub forma superius declarata, quodque faciemus vobis dicto domino regi vestrisque predictis omnibus successoribus omnia et singula ad que vassalli tenentur dominis pro feudis secundum morem Italie, nec alium in predictis clamabimus dominum nisi vos ac vestros successores, ut superius continetur. Pro quibus omnibus et singulis complendis, attendendis et inviolabiliter observandis per me et dictum fratrem meum ac meos et ipsius successores^d obligo, nominibus quibus supra, vobis iamdicto domino regi et vobis notario infrascripto, stipulanti nomine illorum quorum interest et interesse potest vel poterit, me et dictum fratrem meum ac feudum predictum et alia omnia bona mea et ipsius et successorum meorum et eiusdem mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Et ad maiorem securitatem predictorum facimus inde homagium vobis dicto domino regi ore et manibus comendatum, iuxta Usaticos Barchinone, de quibus et de natura dicti homagii plene sum informatum. Facio eciam in manu^e vestri dicti^f domini regis^g sacramentum fidelitatis secundum formam fidelitatis et usus feudorum Italie, dicendo sic: "Iuro ad sancta Dei evangelia ego Fredericus, marchio Malespine, pro me // et dicto fratre meo ac meis et ipsius successoribus supradictis, nomine procuratorio antedicto, vobis domino regi, recipienti nomine vestro et successorum vestrorum predictorum, quod ab hac hora inantea ego et dictus frater meus et successores mei et sui in feudo iamdicto erimus vobis dicto domino regi et dictos successoribus vestris fideles, obedientes et legales vassalli, non erimus in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdatis aut membrum aut mala capiamini capcione et consilium quod nobis credituri estis per nos aut nuncios nostros vel

litteras ad dampnum vestri et ipsorum nobis scientibus nemini pandebimus, et si sciremus fieri vel procurari sive tractari aliquid quod esset in dampnum vestri domini regis ac predictorum successorum vestrorum pro posse impediemus, et si impedire non possemus id vobis et eis curabimus significare, et ut iura nostra et dictorum^h successorum vestrorum sint salva adiutores erimus in insula Sardinie contra omnem hominem, formam et tenorem concessionis feudi predicti plenarie adimplebimus et inviolabiliter observabimus, nec contra eam ullo unquam tempore veniemus[»]. Est inquam sciendum quod similes donacionem, gratiam et investituram fecerat illustrissimus dominus infans Alfonsus genitor nostri dicti regis memorie recolende, antequam ad apicem regie dignitatis assumptus foret dicto egregio Açoni nomine suo et vestri egregii Frederici presentis, ut hec latius et clarius continentur in quodam publico instrumento confecto in Castro de Fraga, sito in Cathalonia, die martis intitulata pridie idus augusti, anno domini M^o CCC^o XX^o sexto, et clauso per Bonanatum de Petra dicti domini genitoris nostri notarium et sigilla tenentis et auctoritate serenissimi domini regis Aragonum, ac per Nicholaum filium quondam Comitis de Villa notarium publicum per totam terram et dominacionem serenissimi domini regis Aragonum, auctoritate eiusdem, die et anno proxime dictis. Hec igitur omnia et singula supradicta, ut dicta sunt supra, facimus, paciscimur et promittimus, videlicet nos dictus rex per nos et omnes heredes et successores nostros quoscumque, et ego dictus Fredericus iamdictus nominibus per me et dictumⁱ fratrem meum et omnes heredes et successores meos et suos quoscumque uterque nostrum et se dicta nobis adinvicem necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro nobis et pro aliis eciam personis quarum interest et intererit ac interesse potest et poterit recipienti et paciscenti ac eciam legitime stipulanti. In quorum omnium testimonium et fidem plenariam tam nos dictus rex, quam ego dictus marchio iamdictus nominibus mandamus fieri seu confici duo consimilia instrumenta per alphabetum divisaj per notarium infrascriptum, sigillo magestatis vestri dicti regis munimine roborata. Que fuerit acta in ecclesia sedis Ilerde, XIII die iunii, anno a nativitate Domini M^o CCC^o L^o secundo. Examinavit Rodericus.

Signum *** Petri, Dei gracia regis Aragonum et cetera, qui hec laudamus et firmamus.

S+num Frederici, marchionis et procuratoris iamdicti, qui quibus supra nominibus hec laudo, firmo, iuro et homagium, ut predicatur, presto.

Testes huius rei sunt nobiles viri Bernardus de Capraria, Gilambertus de Scintillis, gubernator Maiorice, Rogerius de Rahonato et Michel Petri Çapata, milites consiliarii domini regis prefati ac Simon de Vilanis de Pontremulo, iudex, diocesis lunensis.

Dominus rex, in cuius posse ipse una cum dicto marchione firmavit, mandavit Bartholomeo de Lauro.

^a così nel testo ^b et construendis *in soprilinea* ^c segue depennato et vestris successoribus in dicto Sardinie et Corsice regno ^d segue depennato compleri attendi et observari faciendis quoscumque scienter et expresse ^e segue depennato eiusdem ^f vestri dicti *in soprilinea* ^g *in soprilinea* ^h *in soprilinea* ⁱ segue depennato Fredericum ^j per alphabetum divisa *in soprilinea*

468

1352, giugno 13, Lleida

I Malaspina cedono al re Pietro IV il castello di Osilo, con il borgo e la curatoria di Montes, per la durata di dieci anni e più se fosse continuata la guerra tra Catalano-Aragonesi e Doria. Se però la guerra fosse finita entro il detto decennio, il re avrebbe dovuto restituire il castello ai Malaspina, altrimenti, passati i detti dieci anni, il castello sarebbe tornato ai marchesi entro quattro mesi.

Federico Malaspina promette di inviare subito suo figlio in Sardegna per ratificare quanto stabilito presso il governatore, impegnandosi, inoltre, ad aiutare il re contro i ribelli e a non arrecare danni a Sassari. Il marchese "consente" al re di tenere o smantellare il castello di Malvehí, costruito dai Catalano-Aragonesi nella baronia di Osilo; se il re avesse deciso di tenerlo in piedi avrebbe dovuto sostenerne le spese con i redditi del borgo di Osilo e della curatoria di Montes, senza aggravare per i Malaspina e per le curatorie di Figulinas e Coros.

In Christi nomine. Pateat cunctis quod cum post contractum donacionis et concessionis in feudum secundum morem Italie per vos excellentissimum ac magnificum principem et dominum dominum Petrum, Dei gracia regem Aragonum, Valencie et cetera, facte michi Frederico, marchioni de Malespina infrascripto, et egregio viro Açonì, marchioni de Malespina, fratri meo, infrascripto, et meis ac suis perpetuo de castro de Osolo, cum suis burgis et de curatoriiis de Montes et de Figulinas et de Coroso ac villis, locis et casalibus in eis situatis et de aliis contentis in publico instrumento inde confecto, et post investituram eciam inde factam per vos dictum dominum regem michi, quibus supra nominibus, de quibus omnibus apperet per dictum publicum instrumentum confectum per publicum notarium, die confeccionis presentis convenerimus et promiserimus firmare et tenere vobis dicto domino regi, ex causis iustis et rationabilibus inter vos et me agitatis, pacta et condiciones infrascriptas. Ideo ego dictus Fredericus, marchio de Malespina, nomine meo proprio et ut procurator eciam egregii viri Açonì marchionis Malespine, fratris mei predicti, cum publico instrumento diligenter examinato sufficienteque reperto, clauso manu Rolandini de Calesia, lunensis diocesis, imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii, anno ab incarnatione Domini M CCC quinquagesimo secundo, indiccione quinta, die X mensis aprilis, volens, ut convenit, discedere a tramite veritatis sed potius adimplere que per me oretenus explicata et promissa fuere, tenore presentis publici instrumenti vicem in hac parte epistole gerentis, convenio et promitto, iamdictis nominibus, vobis dicto domino regi, me eisdem nominibus dare operam cum effectu, omnique excepcione remota, quod incontinenti transmitam meum filium apud insulam Sardinie, per quem vobis, vel vestro gubernatori Sardinie et Corsice regni, aut cui vos vel ipse volueritis, tradatur castrum de Osolo et burgum eiusdem castri, cum curatoria de Munte, quequidem castrum, burgum et curatoriam teneatis et possideatis ac tenere valeatis vos dictus dominus rex per vos vel quos volueritis, cum fortitudinem castri eiusdem, villis, hominibus, potestatibus et vassallis, iurisdiccione, fructibus, redditibus, iuribus et emolumentibus, terminis ac pertinentiis suis plenarie et potenter, dicto instrumento vel aliquibus de contentis in eo obsistentibus nullo modo, hinc ad decem annos primo et continue venturos, vestrosque proprios et officia-

lem in dictis castro, burgis et curatoria impositis per vos vel imponendis de cetero libere ac licite faciatis, ex fructibus et redditibus, emolumentis et iuribus supradictis quovis obstaculo quiescente. Predictum itaque pactum facio, nominibus quibus supra, hac videlicet condicione adiecta, quod si forsan infra dictos decem annos finiretur guerra quam vos habetis seu facitis cum baronibus de Auria propter rebellionem eorundem et aliis iustis titulis seu causis, oit quod illi de Auria non facerent vobis guerram, nec vos sibi // statim vos dictus dominus rex, vel causam a nobis habens, seu successores vestri, et ipsius teneamini et habeatis reddere castrum, burgum, curatoriam et alia supradicta durante guerra iamdicta, immo, lapsu dicti decenni minime obsistente, possitis tenere et possidere omnia supradicta, michi et dicto fratri meo et successoribus meis et suis curatoriam de Munte supradictam cum villis, iuribus, redditibus et pertinentiis suis. Si vero dicta guerra finita non fuerit infra decennium supradictum, vos vel vestri successores in dicta insula non teneamini michi vel dicto fratri meo, aut causam a nobis habentibus, reddere castrum, burgum, curatoriam et alia supradicta durante guerra iamdicta, immo, lapsu dicti decenni minime obsistente, possitis tenere et possidere omnia supradicta vestraque propria facere durante guerra sepedicta. Qua tamen finita postea quandocumque finitis decem annis predictis, vos, serenissime princeps et domine, vel successores vestri, in dicta insula teneamini et habeatis reddere infra quatuor menses ex mense primo venturos castrum, burgum, curatoriam cum omnibus iuribus supradictis, tenenda et possidenda per me et dictum fratrem meum ac meos et suos successores iuxta tenorem instrumenti prelibati, de quo supra fit mencio huiusmodi publico instrumento, vel aliquibus de contentis in eo obsistentibus nullo modo. Preterea volens eisdem nominibus vobis dicto domino regi agnoscere, ut convenit, bonam fidem, volo, quibus supra nominibus, et in expressum pactum duco ac promitto virtute homagii et iuramenti per me inferius presentati vobis dicto domino regi, quod amodo ego et dictus frater meus de nostris personis, vassallis et bonis in quantum in nobis est vel fuerit faciemus guerram cum illis quibus vobis facere eam oportuerit vel volueritis infra insulam Sardinie memoratam, et quod dabimus operam cum efetu, omni excusacione remota, quod nos et homines ac vassalli nostri tractabimus et tractabunt bene et legaliter homines Sasserii et alios quosvis subditos vestri dicti

domini regis, eisque nullum malum, iniuriam seu gravamen inferemus seu inferri eciam faciemus per dictos vassallos nostros vel alios. Quinimmo si sciremus quod aliquis eis vellet inferre ea statim eisdem denunciabimus, ipsos proponere totis nostris et suis viribus defendendo, et ulterius in pactum deduco iamdictis nominibus. Voloque ac consentio quod vobis dicto domino regi liceat castrum per vos vel vestrum gubernatorem constructum vel factum infra limites baronie iamdicte, vocatum Malvehí, tenere in condirecto, vel ipsum dirui facere et anichelari, prout ad voluntatem et expeditionem guerre iamdicte vobis visum fuerit expedire, impedimento mei et dicti fratris mei et suorum et meorum et alterius cuiuscumque persone quolibet quiescente. Verumtamen vos prefate domine magnifice rex et domine teneamini et habeatis custodire vel custodiri facere castrum de Osolo supradictum et dictum castrum de Malvehí si ipsum conservari facere malueritis ex fructibus et redditibus ac emolumentis burgi iamdicti ac curatorie de Muntès supradicte vel de aliis vestris propriis, si predicta ad huiusmodi nimis non sufficuerit, absque dampno, missione et expensis mei et dicti fratris mei et successorum suorum et meorum, vel aliarum curatoriarum de Figulinas et de Coroso. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et attendendis, tenendis et firmiter eciam observandis, obligo nominibus quibus supra me personaliter ac personam dicti egregii Açonis marchionis, fratris mei, cuius procurator existo, et omnia bona ipsius, ac mea mobilia et immobilia quecumque sint et ubicumque fuerint, tam habita quam habenda, renunciando quibus supra nominibus, quam tam ad hec ex certa sciencia legi sive iuri dicenti, quod qui pactum promittit solvendo et interesse liberetur ab ipsa promissione, quibuslibet legibus, iuribus et foribus ac consuetudinibus in specie vel in genere contra hec repugnantibus. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo set sponte iuro, quibus supra nominibus, in manu nostra et dicti mei principalis per dominum Deum et eius sancta quatuor // evangelia manibus nostris corporalis tacta predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et observare, et in aliquo non contrafacere vel venire iuri aliquo causa vel eciam racione. Et nichilominus, ut de premissis omnibus et singulis cautius sit, facio iamdictis nominibus vobis dicto domino regi homagium ore et manibus commendatum iuxta Usaticos Barchinone, de quibus et de natura dicti homagii plene informatus existo. Ad

hec nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum supradictus, consideratis omnibus et singulis supradictis, eademque sponte et causis iustis plenis acceptantes, vobis dicto egregio viro ac dilecto nostro Frederico marchioni Malespine presenti ac dicto Açoni fratri vestro licet absente, ac vobis dicto Frederico, recipienti nomine ipsius et heredum ac successorum suorum et vestrorum, convenimus et promittimus bona fide regia ac virtute iuramenti per vos inferius presenti quod predicta omnia et singula quatenus ea nos vel nostros successores aut officiales nostros et eorum facere et complere contigerit, faciemus et complebimus, attendemus et observabimus ac observari indilate faciemus per eosdem, quomcumque locus affuerit, iuxta mentem et tenorem condicionum superius per vos dictum Fredericum expressatarum, ac si hic continerentur seu repeterentur singulariter disciente et expresse. Nos enim, nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc, mandamus nostris officialibus et subditis presentibus et futuris quatenus observando pacta omnia supradicta et eorum singula quomcumque locus affuerit ad premissa vobis et dicto fratri vestro, vel causam a nobis et eo habentibus, predicta omnia restituant atque tradant, iuxta instrumenti de quo supra fit mencio et huius series pleniores, promittentes insuper vobis in nostra fide regia quod in premissis nullam causam vel excepcionem opponemus, quin premissa ut superius adiecta sunt ut convenit roboris obtineant firmitatem. Et ad maiorem corroboracionem omnium predictorum iuramus sponte per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus vestris corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire iuri aliquo causa vel eciam racione. Hec igitur omnia et singula supradicta, ut dicta et expressa sunt supra, facimus, paciscimur et promittimus nos dictus rex et ego Fredericus marchio supradictus, quibus supra nominibus, uterque nostrum scilicet a se dicta nobis adinvicem necnon et tibi infrascripto scriptori et notario, tanquam publice presenti pro nobis et viceque nostrum, et pro aliis eciam personis quarum interest et intererit ac interesse potest et poterit recipienti et paciscenti ac eciam legitime stipulanti. Et volumus ac mandamus tam nos dictus rex, quam ego dictus Fredericus marchio, nominibus quibus supra, fieri duo consimilia publica instrumenta sigillo pendenti nostri dicti regis munita, alterum michi dicto marchioni tradendum, alterum retinendum et conservandum in archivo nostri dicti regis

ad curie nostre cautelam. Que fuerunt acta in ecclesia sedis Ilerde, XIII die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

S+num Frederici, marchionis Malespine et procuratoris iamdicti, que predictis nominibus hec laudo, firmo et iuro ac homagium facio sive presto ut superius continetur.

Signum *** Petri, Dei gracia regis Aragonum et cetera, que hec laudamus, firmamus et iuramus.

Testes huius rei sunt nobiles viri Bernardus de Capraria, Gilbertus de Scintillis, gubernator Maiorice, Rogerius de Rahonacho et Michel Petri Çapata, milites, consiliarii domini regis prefati ac Simon de Vilanis de Pontremulo, iudex, diocesis lunensis.

Dominus rex, in cuius posse firmavit una cum dicto marchione, presentibus testibus supradictis, mandavit Bartholomeo de Lauro.

469

1352, giugno 13, Lleida

Il re Pietro IV ordina al governatore Riambau de Corbera di ratificare in Sardegna con Angelino o Francesco Malaspina, figli di Federico, i patti stabiliti. Il sovrano aragonese dispone che vengano scelti quattro probi homines anziani per ogni curatoria, i quali avrebbero dovuto provvedere a fissare i giusti confini fra le curatorie. Il governatore avrebbe dovuto provvedere a far rispettare gli accordi, ad accogliere nell'Isola con la massima ospitalità Angelino Malaspina e ad organizzare il viaggio di ritorno in Italia (presso il porto di Pisa) di Angelino e Francesco Malaspina, con la loro familia.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1020, ff. 109, 3°-109v.

Petrus et cetera. Dilecto consiliario nostro Rambaldo de Corbaria, militi, gubernatori regni Sardinie et Corsice, vel eius locumtenenti, ceterisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuribus, ad quos presentes pervenerint, salutem et cetera. Cum nos

cum instrumento publico per fidelem scriptorem nostrum Bartholomeum de Lauro clauso, nostre magestatis sigillo pendenti munito, dato et acto ut infra, dederimus et concesserimus imperpetuum pura donacione et irrevocabili inter vivos egregiis viris Frederico et Açonì, marchionibus Malespine, et eorum successoribus, masculis et feminis de uno in alium successive imperpetuum in feudum, secundum morem Italie, castrum de Osolo, cum burgis ipsius, necnon curatorias de Montes, de Figulinas et de Coroso, cum omnibus villis, locis et casalibus, populatis // vel dispopulatis in dictis curatorias situatis vel existentibus, et cum omnibus terminis et pertinenciis, hominibus et feminis, iurisdictione alta et baxa, mero et mixto imperio, sub certis retinenciis et pactis atque formis in dicto instrumento contentis, fuerit eciam in pactum deductum inter nos et dictos marchiones quod, dicto publico instrumento non obstante, nos teneamus castrum de Osolo supradictum, cum eius burgo et baronia de Montes, per et infra certum tempus, et sub certis condiccionibus ac pactis in dicto alio publico instrumento confecto per notarium supradictum, die et anno subscriptis, contentis, ut ex ipsorum tenor liquide poteritis informari. Idcirco vobis dicimus ex certa sciencia et mandamus quatenus dicta instrumenta et pacta in eis contenta inviolabiliter observando statim, visis presentibus, castrum, burgum et baroniam de Montes iamdictam ad manus nostras recipiatis et de predictis omnibus nobilem Angelinum vel Franciscum, dicti egregii Frederici filios, aut eorum alterum, vel quosvis alios unum vel plures quos voluerit idem Angelinus, nomine marchionum predictorum, in possessionem iamdictorum omnium inducatis, inductosque manuteneatis, in ea quibusvis concessionibus aliis factis obsistentibus nullo modo. Quibus peractis, statim castrum, burgum et curatoriam predictam, iuxta tenorem instrumentorum predictorum, alicui idoneo persone comittatis tenenda et gubernanda per eum fideliter atque bene, donec nos in premissis aliter duxerimus providendum. Ceterum huius serie vobis iniungimus quod si forsan aliquæ conquestiones vel cause insurgerentur de et super confinibus sive terminis curatoriarum predictarum, easdem per quatuor probos homines antiquos, cuiuslibet curatoriarum eligendos, per quamlibet curatoriam deffiniri, decidi ac terminari mollone-sque sive terminos ubicumque eis videbitur poni seu figi faciatis. Tradimus vobis insuper in mandatis ut consumatis supradictis per modum qui supra dictos Angelinum et Franciscum, cum eorum

familia et rebus, per galeam vel lembum aut aliud vas securum ab insula Sardinie ad portum Pisarum afferi totaliter faciatis. Datum Ilerde, XIII die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Bartholomeus de Lauro per excecucionem principalem et eciam cui dominus rex mandavit.

470

1352, giugno 20, Lleida

Il re Pietro IV ordina ai propri ufficiali in Sardegna di provvedere a riportare nella penisola italiana i due figli di Federico Malaspina, una volta ultimati gli accordi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 109v, 2°.

Petrus et cetera. Dilectis et fidelibus nostris universis et singulis officialibus vel eorum locatenentibus, patronibus, marineriis, custodibus eorum prohibitarum in confinibus terrarum et regnorum nostrorum constitutis et aliis quibuscumque ad quos presentes pervenerint, salutem et dileccionem. Cum egregius et dilectus noster Fredericus, marchio Malespine, pro quibusdam negociis nostris et suis transmittavit inpresenciarum nobilem Angelinum, eius filium, apud Sardinie regnum, ideo vobis dicimus et mandamus quatenus dicto Angelino, nec eius familie, aliquod impedimentum prestetis, quomodo provideatis eis si nostre fuerit de securo transitu et conductu. Datum Ilerde, XX die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Dominus rex mandavit Bartholomeo de Lauro.

471

1352, giugno 24, Lleida

Il re Pietro IV invita il governatore Riambau de Corbera a far rispettare gli accordi stipulati con Federico Malaspina, sui quali gli avrebbe fornito maggiori dettagli lo scriptor Pere de Caldes.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 113, 2°.

Petrus et cetera. Dilecto consiliario nostro Rambaldo de Corbaria, militi, gubernatori Sardinie et Corsice regni, salutem et dileccionem. Cum nos certa et distincta pacta fecerimus et inhiverimus cum egregio viro Frederico, marchione Malespine, nomine suo proprio et nomine eciam procuratorio Açonis fratris sui, prout in cartis nostris inde factis latius videbitis contineri. Ideo volumus vobisque dicimus firmiter iniungentes quatenus pacta eadem et omnia alia et singula contenta in dictis cartis eidem Frederico, nominibus predictis, observetis et observari faciatis iuxta dictarum cartarum seriem et tenorem. Ceterum quia nos aliqua vobis ex parte nostra referenda super hiis comisimus fideli scriptori nostro Petro de Calidis, ideo volumus vobisque dicimus et mandamus quatenus hiis que dictus Petrus vobis ex parte nostra retulerit super predictis fidem indubiam prebeatis eaque completeatis operis per efectum. Datum Ilerde, vicesima quarta die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Ferrarius de Magerola, mandato regio facto per Bernardum de Capraria, consiliarium.

472

1352, giugno 24, Lleida

Il re Pietro IV informa Riambau de Corbera del prossimo arrivo in Sardegna di Angelino Malaspina, raccomandandogli di accoglierlo con la massima ospitalità.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 113, 3°.

Petrus et cetera. Dilecto consiliario nostro Rambaldo de Corbaria, militi, gubernatori Sardinie et Corsice regni, vel eius locum tenenti, salutem et dileccionem. Cum egregius vir Fredericus, marchio Malespine, nomine suo proprio et ut procurator Açonis, fratris sui, cum quo certa pacta fecimus ac inhivimus, prout in cartis nostris inde confectis latius continetur, apud insulam Sardinie nobilem Angelinum, eius filium, transfretare faciat^a de presenti, ideo vobis dicimus firmiter iniungentes quatenus eundem Angelinum^b nominibus predictis, cum familiis, bonis et rebus

suis, recomendatum habeatis ipsumque in omnibus suis agendis benigne ac favorabiliter pertrattetis, et ab aliis eiusdem insule faciatis libere pertrattari. Sciturus quod contrarium nobis quamplurimum displiceret. Datum Ilerde, XXIII die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Ferrarius de Magerola, mandato regio facto per Bernardum de Capraria, consiliarum.

^a nobilem...faciat *in soprilinea* ^b segue *depennato* Fredericum

*473

<ante 1353, gennaio 21>

Il governatore Riambau de Corbera concede per un anno a Ramon de Montbrú la castellanìa di Osilo.

Citato in docc. 474, 483-484.

474

1353, gennaio 21, Valencia

Il re Pietro IV assegna per tre anni la castellanìa di Osilo a Ramon de Montbrú, a lui precedentemente concessa dal governatore Riambau de Corbera per un anno.

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1020, f. 145v, 2°.

475

1353, gennaio 23, Valencia

Il re Pietro IV scrive al giudice di Arborea Mariano, chiamandolo a collaborare con il governatore alla difesa, interna ed esterna, del regno di Sardegna. «Similes», tra gli altri, a Federico Malaspina.

G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, pp. 153-154.

476

1353, gennaio 25, Valencia

Il re Pietro IV ordina al governatore Riambau de Corbera di dare attuazione alla concessione in enfiteusi in favore del porter regio Llorenç de Tarazona (datata 1348, giugno 8, Valencia) del «pratum erbarum» del castello di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 145, 2°.

477

1353, gennaio 31, Valencia

Il re Pietro IV concede al notaio Domenec Çapata de Sesse l'ufficio della vicaria del borgo di Osilo, insieme alla guardia del prato di Sassari chiamato Cleu per quattro anni.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 146, 1°.

478

1353, febbraio 4, Valencia

Il re Pietro IV concede al còrso Godixello dela Oliva, abitante di Sassari, il villaggio di Palma di Sulcis, in permuta dei villaggi di Mavar e Save, situati nella curatoria di Coros, precedentemente assegnatigli (cfr. doc. 445), in virtù dei nuovi accordi con i Malaspina che prevedevano la restituzione della suddetta curatoria.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, ff. 152v-153v.

479

1353, febbraio 20 Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Riambau de Corbera della questione di Godixello dela Oliva di cui al doc. 478.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, ff. 154, 2°-154v.

480

1353, marzo 4, Valencia

Il re Pietro IV scrive al governatore Riambau de Corbera affinché dia esecuzione alla concessione effettuata in favore del notaio Domenec Çapata de Sesse dell'ufficio della vicaria del borgo di Osilo per quattro anni (cfr. doc. 477).

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1020, f. 156v, 2°.

481

1353, giugno 18, Valencia

Il re Pietro IV scrive al veguer di Sassari, riferendo delle lamentele del porter regio Guerau de Solerio, il quale non riceveva il proprio salario dal marchese Malaspina, cui il suddetto porter era stato sottoposto per decisione del governatore Riambau de Corbera il quale aveva assunto il controllo della baronia dello stesso marchese.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1020, f. 181.

482

1353, settembre 25, Alghero

Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, in virtù dei nuovi accordi con i Malaspina, revoca l'assegnazione della carica di camerlengo della baronia di Osilo a Giunta de Cherchi, permutandola con quella di «mayor portus» di Castelgenovese già assegnatagli dal governatore Riambau de Corbera il 1° agosto 1353.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1022, ff. 17, 2°-17v.

483

1353, settembre 28, Alghero

Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, conferma a vita a Ramon de Montbrú la carica di castellano di Osilo assegnatagli dal governatore Riambau de Corbera.

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1022, ff. 31v, 3°-32.

484

1353, settembre 29, Alghero

Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, conferma a vita a Ramon de Montbrú la carica di castellano di Osilo assegnatagli dal governatore Riambau de Corbera.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1022, f. 20v, 1°.

485

1353, settembre 29, Alghero

Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, informa l'amministratore dei redditi del regno di Sardegna Nicolau de Campllonch della conferma a vita a Ramon de Montbrú della carica di castellano di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1022, f. 20v, 2°-21.

486

1353, ottobre 1, Porto Conte (Alghero)

Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, revoca il divieto di esportazione di vino, grano ed orzo dalla baronia di Osilo, in seguito alle proteste del podestà e della popolazione di Alghero.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1022, f. 78, 2°.

Bernardus et cetera. Venerabilibus et dilectis gubernatori Sardinie et Corsice regni ceterisque officialibus terrarum nobilium marchionum de Malespina et aliis quibuscumque ad quos presentes provenerint, salutem. Ex parte potestatis et universitatis ville Alguerii fuit nobis humiliter intimatum quod vos fieri fecistis divietum sive inhibitionem ne a terris predictis vinum, granum nec ordeum exire inde possit tam asportandi ipsa ad villam et terram Alguerii predictam, et ipsorum preiudicium non modicum atque dampnum. Quocirca ad humilem supplicacionem propterea nobis factam vobis, auctoritate qua supra, dicimus et expresse mandamus quatenus a premissis totaliter desistendo ac ea penitus revocando, taliter super hoc adhibere curetis remedium quod terra et villa Alguerii nedum habundetur victualibus, sed eciam

preservetur ab inquietacionibus et molestiis quorumcumque. Datum in Portu del Comte, prima die octobris, anno a nativitate Domini M CCC L III.

Bartholomeus de Lauro, mandato facto per dominum capitaneum.

487

1353, novembre 12, Castell de Càller

Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, in virtù dei nuovi accordi con i Malaspina, revoca l'assegnazione in feudo del villaggio di Ploaghe effettuata dal governatore Riambau de Corbera in favore del cittadino di Girona Jaspert de Campllonch il 14 luglio 1351 (cfr. doc. 459), permutandola con quella dei villaggi di Perfugas e Bangios, situati in Anglona.

Copia di registro [R], ACA, Cancillería, Reg. 1022, ff. 69v-71.

488

<1353>

Processo contro il giudice di Arborea Mariano IV istruito dalla curia regia aragonese. Tra le testimonianze raccolte vi è il riferimento al fatto che il giudice si era "confederato" per circa tre anni con i Doria e i Malaspina durante la guerra tra questi e il governatore del regno di Sardegna.

Proceso contra los Arborea, II-III, a cura di S. Chirra, Pisa 2003, doc. 15, p. 87.

*489

<1354?>

Il governatore Riambau de Corbera dona al sardo Pereto Ripar il salto di Lucia, situato nel territorio del villaggio di Salvennor.

Citato in doc. 536.

*490

1354, gennaio 10, Sassari

Il governatore Riambau de Corbera concede al còrso Ombertino delo Loro, abitante di Sassari, il villaggio di Mavar, situato nelle terre che furono dei Malaspina.

Citato in doc. 492 e in doc. 536 («Obertino Corso qui dascubri la trayscio de Sasser que tractava lo Jutge Darborea e foli dada la dita villa per En Riambau de Corbera e confermada per lo senyor Rey»).

491

1354, marzo 13, Sassari

Il governatore Riambau de Corbera concede in enfiteusi al còrso Guglielmo Ciliqueso, cittadino di Sassari, vigne ed orti pertinenti ai villaggi di Ducala (Utali) e Saseli (Sassalo), situati nelle terre che furono dei Malaspina.

Citato in M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 24.

*492

1354, luglio 3, assedio di Alghero

Il re Pietro IV conferma la concessione, effettuata tempo addietro dal governatore Riambau de Corbera, in favore del còrso Ombertino delo Loro, abitante di Sassari, del villaggio di Mavar, situato nelle terre che furono dei Malaspina.

Citato in doc. 510 e in M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 24 e nota 51.

493

1354, novembre 22, Alghero

Il re Pietro IV ordina a Ramon de Montbrú, castellano di Osilo, e a Giunta de Cherchi di ripopolare il borgo di Osilo, abbandonato dagli abitanti per motivi non precisati.

L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 516.

494

1354, novembre 23, Alghero

Il re Pietro IV ordina a Guillem de Vilardebó di trasmettergli le copie di tutte le carte e lettere riguardanti i marchesi Malaspina e la baronia (di Osilo), affinché siano registrate nei registri della governazione.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1024, f. 57v, 3°.

Lo rey d'Aragó.

Manam-vos espressament que de present nos trametat lo translats de les cartes totes et letres que nós fem als marqueses de Malespina de la baronia, com haiam entès que aquí sien registrades en los registres de la governació, e açò no prolonguets per neguna manera. *Datum* en lo loch del Alguer, a XXIII de novembre en l'any de la Nativitat de nostre Senyor M CCC L IIII. *Vidit Monaldus*.

Iohannes Saurini, mandato regio facto per nos Guillelmum de Seneclement consiliarium.

Fo tramesa a.n Guillem de Vilar de Bo.

495

1354, dicembre 12, Alghero

Il re Pietro IV incarica Bernat de Cruilles, governatore della città di Sassari, del villaggio di Alghero e del Logudoro, di indagare circa i diritti dell'abate di S. Maria di Paulis Isnardo, il quale lamentava l'usurpazione, tempo addietro, di terreni pertinenti al monastero da parte dei Doria e dei Malaspina, terreni ora in mano alla curia regia aragonese.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1024, ff. 70v, 4°-71.

Citato in M.G. MELONI, *I Cistercensi*, p. 91.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto consiliario nostro Bernardo de Crudillis, gubernatori civitatis Sasseris et ville de Alguerio ac terre Lugudori, salutem et dileccionem. Clamosis vocibus noviter est supplicatum coram nobis per venerabilem fratrem Isnardum,

abbatem monasterii Sancte Marie de Padulis, quod cum marchiones Malespine et domini de Auria et alie persone nobis rebelles, retroactis temporibus, detinuerint et occupaverint penes se iniuste plurima et diversa bona pertinencia ad dictum monasterium de Padulis, que licet pluries requisiti restituere minime curaverint, in magnum dampnum et preiudicium evidens dicti abbatis et eius monasterii, dignaremur eidem super predictis de condecienti remedio providere, faciendo sibi restitui bona predicta, ex quo dicta baronia ad manus nostras pervenit. Cuius supplicatione benigne admissa, confidentes // de fide et legalitate vestra vobis dicimus et expresse mandamus quatenus, vocato procuratore nostro fiscali et aliis qui evocandi fuerint, de predictis omnibus informacionem veridicam ex atta diligenci recipiatis, qua recepta eandem sub vestri sigilli munimine ad cancellariam nostram ubicumque fuimus constituti transmittatis, ad hec ut iuxta eius tenorem possimus super predictis eidem abbati et eius monasterio de iusticia providere. Nos enim vobis super hiis vices nostras plenarie comittimus cum presenti. Datum in loco Alguerii, duodecima die decembris, anno a nativitate Domini M CCCLIII. Vidit Monaldus.

Iacobus Castellionis, mandato regio facto per Berengarium de Ulmis, consiliarium.

496

1354, dicembre 23, Alghero

Il re Pietro IV concede in feudo «iuxta morem Italie» ai fratelli sardi Lorenzo e Giovanni Sanna alcuni possedimenti situati nella curatoria di Figulinas, come compenso per la fedeltà e i servigi prestati alla Corona.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1024, ff. 105, 2°-105v.

Nos Petrus et cetera. Attendentes grata et accepta servicia per vos Laurencium et Iohannem Sanna, fratres, sardos, nobis diversimode impensa ac dampna que sustinuistis ob guerram incursus qui vignerunt temporibus retrolapsis in quibus, ut didiscimus, personas vestras multifarie mores periculo subiecistis indeque dampna

quam plurima substinuistis, propterea graciose damus et concedimus vobis ac vestris perpetuo cum presenti donacione pura et irrevocabili, que dicitur inter vivos, in feudum iuxta morem Italie et retenciones inferius annotatas, quendam saltum terre laboratorie vocatum Saltus de Pradu de Muru, positum in territorio de Figolines, baronie Osuli, sub confinibus infrascriptis, vel aliis siquiefuerint vexiores, videlicet a Castro de Petra Dena^a recte ad locum dictum Iohanne de Querquos, et ab inde recte ad nurachem de Ledaor, indeque recte ad nurachem de Iuvaneli et recte ad Valliclum dessa Pruna, indeque itur de fronte in frontem recte ad Scalam Albam et recte ad Iuum^b Iuntum, et ab inde descenditur ad Vadum dessa Ficu Alba, et ab inde acceditur recta via ad Petras Serratas, ab indeque descenditur ad Vallem Saoste ad viam qua itur de Scolcha de Cargieche ad villam de Musquiano et ibi confinatur cum Pratu de Guerclio et ab inde ascenditur recta via ad Gadum de Ranzarza recte per rivum, et confinatur cum Pratu de Musquiano et ab inde se extendit ad nurachem dessa Scala Ulpina ubique voluitur de fronte in frontem recte // ad nurachem de Anima et recte ad Serra Vosi. Hanc autem concessionem sive donacionem dicti saltus recte facimus et concedimus vobis et vestris pro indiviso pure, libere et absolute, cum introitibus, exitibus, pascuis, devesiis, arboribus fructiferis, iuribus et pertinentibus suis universis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et de cetero faciendis, sicut melius dici potest et intelligi ad vestri et vestrorum bonum et sincerum intellectum. Mandantes universis et singulis dictum saltum tenentibus ac fructuantibus quod vos dictum Laurencium et Iohannem et non alios inantea pro dominis saltus prehabiti habeant et teneant velque respondeant de suis iuribus et redditibus assuetis, velut nobis respondere tenebantur ante huius concessionem. Nos enim vos dictos Laurencium et Iohannem in rem vestram dominos et procuratores constituimus, et in locum nostrum ponimus in eisdem, ad habendum, fruendum, vendendum, alienandum et aliter inde vestras faciendum omnesmodas voluntates. Retinemus tamen nobis et nostris in predictis que nobis super damus laudimium et faticam triginta dierum quotienscunque ea vendere vel alienare contigerit quovismodo quodque collaremus vos vel vestri vendere vel alienare ipsa non possitis nisi personis laycis dumtaxat et quod nullum alium dominum inibi proclametis nisi tamen nos et successores nostros in Sardinie et Corsice regno. Retinemus eciam

in eisdem omnia alia et singula que secundum morem feudorum Italie dominus maior et princeps in feudis propriam naturam feudi habentibus habere debet et sibi pertinent quavis causa. Mandamus itaque gubernatoribus, vicariis, subvicariis ceterisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod concessionem nostram huius ratam, gratam et firmam habentes nobis teneant et observent ac teni et observari inviolabiliter faciant per quoscumque et non contraveniant seu aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem vobis fieri iussimus nostre magestatis sigillo appendicio comunitam. Datum in villa Alguerii, XXIII die decembris, anno a nativitate Domini M CCC L IIII. Subscripsi Guillelmus.

Signum *** Petri, Dei gracia regis Aragonum, Valencie, Maiorice, Sardinie et Corsice, comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie.

Testes sunt Bernardus de Capraria, Bernardus, vicecomes Caprarie et Petrus, dominus Xerice, Gilabertus de Scintillis, Berengarius Carrocii.

Iohannes Saurini, mandato regio facto per nobilem Guillelmus de Scintillis, consiliarium.

Vidit eam domino rege Matheus.

Probatus.

^a leggi d'Ena ^b così nel testo

497

1354, dicembre 23, Alghero

Il re Pietro IV concede in feudo «iuxta morem Italie» ai sardi Giunta de Cherchi, notaio, e Bertrando Solina alcuni possedimenti situati nella curatoria di Coros, come compenso per la fedeltà e i servizi prestati alla Corona: «quendam saltum terre laboratorie positum in Valle de Mascara infra confines civitatis Sasseret et villarum Dusune^a atque de Tixi, confinatum sub confinibus infrascriptis vel aliis siquiefuerint vexiores, videlicet a gado fluminis sive rivi de Tureso de inde accedi-

tur recta via versus Sasserum usque ad terminum frontis de Mascar, et acceditur recte dictum termen usque ad viam qua itur de Sasserò ad villam de Tixi et confinatur cum terra Petri Salelles et ibi transitur per flumen et acceditur recta via ad montem Tripione et voluitur recte termen dicti montis usque ad Vallem de Santhos ibique descenditur ad Scalam de Sa Mola et confinatur ubi cum terra de Paules et acceditur ad montem de Tuor et voluitur recte termen dicti montis usque ad terram de Paules et ibi voluitur et transit per viam qua itur de Sasserò ad villam de Usune et Vallum Varicis ubi voluitur et descenditur ad Gadum dessu Massario dessa Querssa et ascenditur recte rivum usque ad dictum Gadum Turresum».

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1024, ff. 106-106v.

^a leggi d'Usune

*498

<1354, Alghero>

Il re Pietro IV concede il mulino di Corona de Mandras a Giunta de Cherchi, abitante di Sassari, «sub certo censu quolibet anno nobis fiendo».

Citato in doc. 506.

499

1355, febbraio 19, Castell de Càller

Il re Pietro IV scrive al governatore del Capo di Logudoro affinché intervenga in favore di Benedetto, abate del monastero di Plaiano e vicario di quello di Salvendres (Salvennor), che lamentava l'usurpazione di alcuni terreni pertinenti ai due monasteri da parte dei Doria e dei Malaspina, i quali tuttora ne erano in possesso.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1024, ff. 100, 3°-100v.

Petrus et cetera. Dilecto nostro gubernatori capitis Lugudorii, salutem et dileccionem. In nostra constitus presencia venerabilis

fratrer Benedictus, abbas monasterii de Pleyano et vicarius monasterii de Salvendres, nobis humili supplicacione insinuavit quod barones de Auria et marquesani de // Malaspina occupaverunt et ceperunt ad manus suas diversos saltus et terras ac alia bona ipsius abbatis et vicarii ac ipsorum monasteriorum et ipsis pertinenciis, que bona ut fertur adhuc tenent indebite occupata et ipsa ab eis minime recuperare et habere potest, in non modicum dampnum et preiudicium ipsius abbatis et dictorum suorum monasteriorum, et supplicavit nobis sibi in predictis debite provideri. Nosque, eius supplicacione benigne admissa per vos de predictis ad plenum informari velimus, idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus de predictis omnibus diligenter vos informetis et ipsum factum sive negocium in vos caute recolligatis, quo per vos recollecto processum quem de hiis feceritis clausum et sub vestro sigillo sigillatum ad curiam nostram protinus transmitatis, ad hoc ut super predictis providere cum iusticia possimus, ut fuerit rationis, quia nos super predictis vobis plene vices nostras comitimus cum presenti. Datum in Castro Callari, XIX die februarii, anno a nativitate Domini M CCC L quinto. Subscripsi Guillelmus.

Iohannes Egidii, ex petitione provisa in consilio per Berengarium de Ulmis, nostri consiliarium et auditorem ac plures alios.

500

1355, febbraio 21, Castell de Càller

Il re Pietro IV, accogliendo la supplica del sardo Pietro Uge, al quale il governatore Riambau de Corbera aveva assegnato tre anni prima il villaggio di Muskianu (in curatoria di Figulinas), ordina al governatore del Capo di Logudoro Bernat de Cruilles di intervenire per consentire al detto Pietro Uge la riscossione dei redditi del villaggio, ostacolata dal vicario della baronia di Osilo Giunta de Cherchi, tenendo conto però anche della restituzione ai Malaspina della curatoria di Figulinas, secondo i patti del 1352.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1025, f. 28v, 2°.

Petrus, Dei gracia rex Aragonum et cetera. Nobili et dilecto Bernardo de Crudiliis, gubernatori capitis Lugudori, salutem et dileccionem. In humili supplicacione oblata coram nobis per

Petrum Uge, sardum, vidimus contineri qualiter Rambaldus de Corbaria, quondam gubernator regni Sardinie generalis, visis et attentis serviciis per eundem Petrum nobis impensis, dedit et concessit graciose eidem Petro ad usufructuandum et gaudendum omnes fructus et redditus cuiusdam ville vocate Musquiano, cuius concessione vigore ipsos fructus et redditus collegit et percepit per tres annos et amplius. Cumque ex dicta concessione cartam licet mandata fuerit fieri per dictum quondam gubernatorem Petro Corp, tunc scribaniam gubernacionis officii regenti, habere non valuerit in formam debitam, tam propter occupacionem dicti notarii quam propter guerrarum incursus. Et quia restituta per nos exitit baronia eius ville marchionibus Malespine, in cuius territorio et iurisdiccione dicta villa de Musquiano fundata noscitur et constructa, nuncque Iuncta de Querqui, notarius, pro nobis dicte baronie vicarius, non attentis predictis, privet dictum Petrum a percepcione et recepcione fructuum et reddituum iamdictorum, in ipsius Petri dampnum non modicum et iacturam, propter quod supplicavit nobis sibi super hiis provideri de remedio concedenti. Igitur, admissa per nos benigne dicta eius supplicacione, vobis dicimus, comitimus et mandamus quatenus, vocatis evocandis, faciatis super predictis dicto supplicanti iusticie complementum, maliciis omnibus proculpulsis et sola facti veritate attenda, cum sit persona que nobis multum servivit, ut didicimus, ex quo sic super predictis duximus providendum. Datum in Castro Callari, XXI die febroarii, anno a nativitate Domini millesimo CCC L quinto. Subscripsi Guillelmus.

Iohannes Saurini, ex petitione provisa in consilio per Berengarium de Ulmis, nostri consiliarium et auditorem ac plures alios.

501

1355, febbraio 22

Federico e Azzone Malaspina ottengono l'investitura imperiale dei propri beni da Carlo IV.

*502

<ante 1355, marzo 17>

Gli homines del villaggio di Sorso acquistano dal marchese Malaspina il saltu di Sancta Felitigua, situato nel territorio dello stesso villaggio «ad opus et servicium dicte ville».

Citato in doc. 504.

*503

<ante 1355, marzo 17>

Ramon de Montpaó vende ad Arnau ça-Bastida il saltu di Sancta Felitigua, precedentemente occupato dallo stesso De Montpaó.

Citato in doc. 504.

504

1355, marzo 17, Castell de Càller

Il re Pietro IV ordina al governatore del Capo di Logudoro Bernat de Cruilles di intervenire in favore del villaggio di Sorso, che reclamava il possesso del saltu di Sancta Felitigua, vendutogli dai Malaspina e occupato indebitamente dal fu Ramon de Montpaó, e da questi poi ceduto ad Arnau ça-Bastida, che tuttora lo possedeva.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1025, ff. 48v, 2°-49.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto nostro Bernardo de Crudiliis, gubernatori iudicatus Lugudori, salutem et dileccionem. In nostri comparentes presencia nuncii et sindici hominum universitatis ville de Sorco conquerendo monstrarunt quod ipsi homines tenebant et possidebant quendam saltum situm in territorio dicte ville vocatum de Sancta Felitigua, quem emerant a marquesio de Malespina, ad opus et servicium dicte ville, et quod Raymundus de Montepavone, dum vivebat, ut fertur, contra ipsorum voluntatem ipsum saltum cepit et ad se occupavit ipsumque postmodum vendidit Arnaldo Çabastida, ipsis hominibus contradicentibus et eorum racionibus non auditis, qui Arnaldus nunc ipsum tenet et possidet, in non modicum dampnum et preiudicium dictorum hominum, et fuit nobis pro eorum parte supplicatum in

predictis eis debite provideri. Qua supplicacione admissa benigne, vobis dicimus et mandamus quatenus, vocatis evocandis, de predictis informacionem // sumariam et veridicam recipiatis, qua per vos recepta parti utrique tribuatis breve et expeditum iusticie complementum prout de iure et racione fuerit faciendum. Nos enim vobis super predictis vices nostras plene comitimus cum presenti. Datum in Castro Callari, XVII die marcii, anno a natiuitate Domini M CCC quinquagesimo quinto. Subscripti Guillemus.

505

1355, marzo 17, Castell de Càller

Il re Pietro IV scrive al governatore del Capo di Logudoro Bernat de Cruïlles, informandolo del fatto che i sindici di Geridu e Sorso avevano richiesto che, nell'eventualità di un coinvolgimento del loro territorio in eventi bellici, fosse consentito agli abitanti di trasferirsi a Sassari o comunque presso la città, in un luogo sicuro o fortificato. Avendo accolto tale la richiesta, il sovrano stabilisce che nel caso non fosse stata possibile una sistemazione a Sassari, o presso Sassari, di accogliere eventualmente le popolazioni nel borgo di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1025, f. 48.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto nostro Bernardo de Crudiliis, gubernatori iudicatus Lugudorii, salutem et dileccionem. Quia per syndicos et procuratores hominum loci de Geriti, de Sorco Romanye, est nobis humiliter supplicatum quod si forte diffensiones vel guerre in partibus illis forent ac eciam comoverentur, ad hoc ut ipsi ad partes adversariorum se transferre non possent, ipsos in tali casu in civitate Sasseria cum eorum familia atque bonis admitti facere^b inibi incolatum, vel alibi circa dictam civitatem tutum locum vel forciam eis conferre, de benignitate regia dignaremur. Idcirco eorum supplicacione recepta benigne, vobis dicimus et mandamus quatenus^c perquiratis^d diligenter si aliqua forciam seu locum prope dictam civitatem Sasseria que sit conveniens ad deffensionem dictorum hominum et bonorum suorum^e. Qua reperta^f, ipsam eis dicto casu conferatis. Et si non reperitis talem que eis sit comodiosa, assignetis hominibus predictis burgum Osoli, in quo cum eorum bonis et familiis habitare et stare

possint et ab adversariis se deffendere et tueri. Nos enim vobis super predictis comittimus plenarie vices nostras. Datum in Castro Callari, XVII die marcii, anno a nativitate Domini millesimo CCC° quinquagesimo quinto. Subscripti Guillelmus.

Iohannes Egidii, ex capi. provisa per Raimundum de Vila, militem, consiliarium et alguazirum, cui fuerit comissa.

^a segue depennato admi^b cum...facere *in soprilinea* ^c segue depennato perquirendo ^d *in soprilinea* ^e segue parola depennata ^f qua reperta *in soprilinea*

506

1355, marzo 18, Castell de Càller

Il re Pietro IV ordina al governatore del Capo di Logudoro Bernat de Cruilles di fare giustizia circa i diritti sul mulino di Corona de Mandras, situato presso la chiesa di S. Maria di Bria e concesso tempo addietro dal sovrano aragonese a Giunta de Cherchi, «sub certo censu». Tali diritti erano reclamati dal vescovo di Ploaghe Raimondo, che aveva ricordato al re come il detto mulino e le terre pertinenti fossero state usurpate alla diocesi ploaghesa da Giovanni Malaspina, che in punto in morte aveva tuttavia restituito tutto all'episcopato.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1025, ff. 47v, 2°-48.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto nostro Bernardo de Crudiliis, gubernatori iudicatus Lugudorii, salutem et dileccionem. In nostra constitutus presencia venerabilis in Christo patri Raymundus, episcopus plovecensis, nobis querula insinuacione monstravit quod nobilis Barisonus, iudex iudicatus Lugudorii, contulit dedit et concessit ecclesie Sancte Marie de Bria, sue diocesis, fontanam nuncupatam de Corona de Mandres, pro construendis inibi molendinis et rigandis terris dicte ecclesie, quam fontanam et aquas ab ea exientes ipse et antecessores sui tenuerunt et possiderunt bene centum quinquaginta annis et ultra sine contradicione cuiusquam, quousque loca et terras dicti Barisoni pervenerunt ad posse Iohannis, marchionis Malespine. Qui marchio inibi consstruxit quendam molendinum et cepit omnes terras dicte

ecclesie, in preiudicium dicti episcopi. Que omnia postmodum idem marquesius, detentus infirmitate, habens conscienciam, dicto episcopatu restitui mandavit, ut constat per publicum instrumentum de quo in cancellaria nostra fecit promptam fidem. Et quod nunc, nobis existentibus in loco de Algerio, nos velut ignari de predictis dedimus et concessimus Iuncte de Querqui, habitatori Sasserri, sub certo censu quolibet anno nobis fiendo, // dictum molendinum, quod, ut fertur, cernitur in dampnum et preiudicium dicti episcopi et dicte sue ecclesie et supplicavit nobis sibi in predictis debite provideri. Cuius supplicatione admissa benigne, vobis dicimus et mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, faciatis dicto episcopo super premissis breve et expeditum iusticie complementum, procedendo in eisdem breviter simpliciter summarie et de plano, maliciis et diffugiis omnibus proculpulsis ac sine strepitu iudicii et figura, quod de iure et ratione fuerit faciendum. Nos enim super predictis vobis comitimus plenarie vices nostras. Datum in Castro Callari, octavdecima die marcii, anno a nativitate Domini millesimo CCC quinquagesimo quinto. Subscripsi Guillelmus.

Iohannes Egidii, ex petitione provisa in consilio per Berengarium de Ulmis, nostri consiliarium et auditorem, Guillelmus Calbeti, regens officium vicecancellarii et plures alios.

Probatus.

507

1355, aprile 30, Castell de Càller

La quinta "costituzione" delle prime Corti del regno di Sardegna e Corsica sancisce il divieto per ogni sardo suddito regio di vendere o cedere immobili a sudditi dei Malaspina, e di fissare la propria residenza nei territori degli stessi, pena la forza in caso di cattura.

G. MELONI, *Il Parlamento di Pietro IV d'Aragona*, "Acta Curiarum Regni Sardiniae", Edizione critica degli Atti dei Parlamenti sardi, II, Cagliari 1993, doc. 61.

[pp. 294-295] «Continuantibus etiam nobis dictis generalibus Curii ad diem presentem, ad quam continuaveramus Curias

memoratas, convocatis ad eas voce preconae publice, in civitate Callaritana et eius appendiciis omnibus illis prelati, baronibus, militibus et aliis, qui ad dictas Curias primo fuerant convocati, consentientibus et firmantibus et iurantibus omnibus subscriptis, presenti die, in dictis Curias presentibus et Curias generales facientibus, edidimus et fecimus constitutionem sequentem.

Statuimus, sancimus et etiam ordinamus quod omnibus et singulis Sardis vendere et alio quovis titulo transferre et alienare liceat eorum possessiones et bona quancumque voluerint hac conditione adiecta, quod unusquisque sardus, qui dictas suas possessiones et bona vendere aut aliter transferre voluerit, antequam ipsa vendat seu aliter transferat, teneatur personalem aut cum bonis fideiussoribus seu condecensibus cautionibus sufficientem securitatem prestare, quantitatis tamen valoris bonorum et possessionum predictarum in posse illius cuius locus seu villa erit, intra quem seu quam seu in cuius termino dicte possessiones et bona fuerint, et etiam cum iuramento et homagio, quod ipse venditor quocumque modo ingenio sive arte, ad loca villas seu terras que sunt vel erunt sub iurisdictionibus et posse aut dominio comunis Pisanorum seu iudicis Arborea aut nobilis Johannis de Arborea, seu baronum de Auria aut marchionis Malespine seu ipsorum successorum, aut alicuius persone extranee, scilicet que non sit catalanus vel aragonensis vel alicuius ex ipsis suum domicilium non transferat nec in ipsis villis locis seu terris suum tenebit aut fovebit domicilium quovis modo. Si vero per aliquem sardum venditorem contra mentem huius constitutionis factum fuerit, volumus et ordinamus quos talis sardus contrafaciens, si capi poterit, incontinenti, absque remissione aliqua, suspendatur per gulam taliter quod moriatur.».

508

1355, giugno 2, Castell de Càller

